

R. 205
STII CRISPI

COLEGIUM CATILINAE,

T B

IVGVRTHINVM.

ex libris historiarum.

3 M E N T A

; e scriptoribus antiquis

4 io, Pauli F. collecta.

5 ceronem , & altera in Sal-
oni falso attributa.

6 LDI MANVTII.

7 borum memorabilium.

LIBRERIA

COLEGIO MATOR

Santa Cruz, y
Catalina.

. 123 N. 10.

V. 16, M. D. LXIIIE



R. 205

C. SALLVSTII CRISPI
CONIVRATIO CATILINAE,
ET BELLVM IVGVRTHINVM.

Eiusdem nonnulla ex libris historiarum.

F R A G M E N T A
eiusdem historiarum; e scriptoribus antiquis
ab Aldo Manutio, Pauli F. collecta.

Oratio Sallustij in Ciceronem, & altera in Sal-
lustium, Ciceroni falso attributa.

SCHOLIA ALDI MANVTII.


Index rerum, & verborum memorabilium.

DE LA LIBRERIA

DEL REAL COLEGIO MATOR
Reunido de Santa Cruz, y
Santa Catalina.

H. C. 12 N. 10.

V E N E T I I S, M. D LXIII.



AD ANTONIVM TRIVL-
TIVM, CARDINALEM,
Pauli Manutii in historiam
Sallustii præfatio.

V M omnes me litterae, omnisq; libero
C homine digna cognitio vehementer de-
lecat, Antoni Trivuli, Cardinalis
ampliss. tum vero pascor incredibili volupta-
te, & afficior maiorem quendam in modum
sensibus intimis, dum historiam trabo. quid e-
nim potest esse incundius? rerum interitus obli-
uio est. at eae reuiniscunt historia, cum in no-
stram memoriam renocantur: quaeq; multorum
annorum spatio, multis abhinc saeculis gestas sunt,
ea nos, exiguo uolumine comprehensa, & tam-
quam in conspectu nostro posita, cognoscimus. Si
sermonibus delectamur: resonat in scriptis homi-
num vox eloquentissimorum, nihil temere, nihil
incomposite narrantium, omnia grauiter, suo
quidque ordine, & loco. si consuetudine claro-
rum virorum: versamur, vetera legentes, cum
regibus, cum principibus viris, magnis in bel-
lo ducibus, sapientissimis rerump. rectoribus:
ora ipsa mehercule, lincamenta, & formam,
non tam corporis, quam animi, eorum, quos
numquam vidimus, videmur tamen quasi pre-

entes intueri. quòd si recte instruenda est vitae rationem ac doctrinam sequimur: vñ maxime rerum quaeritur prudentia. vñs est, vel cum experimur ip̄i, vel cum, experientibus alijs, quid evenerit, obseruamus. nobis ipsis, experiri multa si velim̄, facile non licet. labore opus est, ac tempore: & fortuna tentanda; nec tentatur interdum sine periculo. commodius ergo, ac tutius, euentis aliorum examinandis, prudentia comparatur. id autem, profecto vides Antoni doctrinam, ac sapientissime, proprium esse historiae bonum: in qua patent fortunae vicissitudines, regnorum mutationes, hominum sine vita, sine virtutes: ex quibus, quae vitanda nobis sunt, quae experenda, nullo nostro periculo, nullo labore, sedentes in otio docemur. atque hoc in genere Polybius inter Graecos, de nostris maximis, cuius nunc libros tibi inscriptos emitto, Salustius excellit. euenta enim ita narrat, ut causas simul aperiat. ex quo oritur illa omnium pulcherrima scientia, vt, malorum, & calamitatum origine perspecta, nihil agamus, nisi quod ratio praescribit, omniaq; nostra consilia, omnes actiones veterum exemplorum regula metiamur. Quare cum sit omnium, qui annales antiquorum euoluunt, communis utilitas: alia quaedam tua condicio est. habes enim historiam in familia tua: neque tibi, si quid inuenire vis egregium,

&

& imitatione dignum, configere ad libros necesse est, neque longius enagari, & quasi peregrinari animo, ac mente, more multorum. domo petas licet omnium virtutum exempla. perseque re maiores tuos cogitando. quae fuerit eorum in pace iustitia, in bello virtus, in omni fortuna moderationis, si attendes, nihil ad gloriam domesticam requires. iustus Aristides, prudens Themistocles, fortis Epaminondas: de Romanis multis, multis eximijsq; virtutibus insignes. horum alij facta dum legunt, bonas artes ex eorum vita discunt, & ad easdem res, eademq; studia laudis cupiditate rapiuntur. at tu refer animum ad tuos maiores. eminere videbis, instructum egregijs artibus, Ioannem illum Jacobum Triumtum, magni animi, summi consili; virum, scientia rei militaris aetate sua facile principem; præterea, iustum, liberalem, abstinentem, plane, præter decus, & gloriam, nihil in vita cogitantem. nam de laudibus Hieronymi, parentis tui, quia tecum quasi loquor, ne seruire tuis auribus videar, nolo multus esse: tam tum dicam; quamdiu vixerit Gallicam rem in bello floruisse; postea quam, hostium multitudine oppressus, fertiter pugnans in acie perierit, concidisse: tam tum in uno viro momenti fuit, ac roboris. Age, sint haec, ut ita dicam, in campestri quadam luce posita: quid? in urbe Roma, id est in omnium gentium

A 3 cele-

celeberrimo theatro , non spectata , probataq;
volumenter est trium tuae gentis Cardinalium
doctrina , religio , sapientia ? ut Triumiorum
nomine , multorum vocibus in multis partes dis-
sipato , non ipsa tamquam Roma , sed enim Ita-
lia , omnis , ubi colitur humanitas , Europa per-
sonaret . omitto alios : sunt enim multi : nec tu
quemquam ignoras . non enim sunt ex imagini-
bus , aut ex illa colorum in ani specie maiores tui
cognoscendi : quaerenda tibi facies tuorum non
est . clari sunt ex recte factis : uirtute distinguen-
tur : cum alias in alia , in omnibus simul omnes
enituerint . Quae tu quoniama a primis annis ad
hanc aetatem non modo cogitasti , verum etiam
vita ac moribus expressisti ; propterea te , Epi-
scopatu T olonenji ianu ante a insignitum , lega-
tionibus honestatum , primum Perusina , & Aue-
nionensi , in quibus miram institiae laudem tu-
listi , deinde ad regem Galliae , & ad Venetam
R . emp . ubi prudentiam , ubi grauitatem incre-
dibilem praefististi , proximis diebus Cardina-
lem creavit Paulus I I I I . Pontifex omnium
optimus , omniumq; maximus , iudicio praedi-
tus acerrimo in acerrimis hominum ingenijs ,
ac moribus , itaq; animatus , vt , quae cuiusque
meritis praemia debentur , ea libentissime , ac li-
beralissime persoluat . in quo nemo est , qui tuam
animi singularem acquitatem , ac moderationē
uehe

menter non admiretur , ac laudet ; qui summae
nuncium dignitatis , cum es ad te , multis praec-
sentibus , allatus , ita accepis , ut nemo , te com-
motum , nemo , ne leuiter quidem affellum , ex-
ultu , aut oratione , aut ullo corporis gestu potue-
rit intelligere . ita patuit , quod ab insipientibus
ambigi , ac dispuari quamdoque solet , bonis ui-
ris uirtutem magis ipsam diligi , quam uirtutis
insignia ; honorem esse praeium recte agendi ,
finem non esse ; magnos illos , ac praefantes esse
homines , qui laudabiliter ita uiuant , quasi lau-
dem percipiunt , ita laudem , aut dignitatem ex-
cipiant , quasi nihil minus antea cogitauerint .
quod in te & animaduersum est maxime , & ob-
sernatur quotidie magis . colere enim te quidem
studiosius , quam antea , omnes uidentur : ipse
autem , qui antea fueras , idem omnibus es . ne-
mo excluditur sermone tuo , nemo congressu : tui
omnibus copiam facis : eamdem omnibus hu-
manitatem ostendis . Sequitur insolentia fortu-
nam : comes est rerum secundarum arrogantia .
tu mansuetudinem amas : tu continentiam , tu
benignitatem perpetuo retines . iure ergo hoc e-
tiam nomine Cardinalis es : iure habes hanc ,
quod tui te pro Petri ecclesia suscepti labores extu-
lerint , maximi sacerdotij dignitatem . & nunc
tu quidem comitatu stipatus honestissimo familia-
rium tuorum , multo tamen insignior atque orna-
tier

tior cohorte tuarum uirtutum, quae tibi comites
ubique sunt, Romam redibis exspectatus, expe-
titusq; columen futurus Christianae Reip. splen-
dor sacri collegij, ornamentum familiae tuae. I,
decus Italice, amor ac deliciae honorū omnium,
dis bene iuuantibus ad eam urbem, quae sola
peregrinam uirtutem excipit, sola ornat honoribus,
sola dominam facit rerum omnium huma-
narum. nos autem, quibus tuam insitiam, tuam
benignitatem ostenderas, laeti tua dignitate,
maestri discessu, te prosequimur abeunte opti-
mis omnibus; faveamus animis, precamur lin-
guis; nota prorsus eadem, quae pro parentibus
ac liberis nostris pro tua salute suscipimus. At-
que ego, in hac omnium eximia laetitia pariter
& molestia, praecipuo quodam dolore diuellor;
quia fato nescio quo meo contigerit, ut quam diu
Venetijs fuisti, ego semper afflictus importuno
morbo iacuerim: quo etiam nunc langueo: et ad
morbum accedit aegritudo: quoniam quidem,
alijs ad te adeuntibus, deq; ista dignitate gratu-
lantibus, ipse excludor unus, nec possum meae
summae erga te obseruantiae praesenti officio sa-
tisfacere. hactamen s̄pē sustentor, quōd huma-
nitas ac sapientia tua facile fortunam a crimine
seiuinet. consilio aliquid peccatur: accuses: iure
ficeris. culpam autem in ijs rebus, quae non a
uoluntate nostra pendent, sapiens nemo umquam
di-

dixit esse. quare nec tum ibi, quia non ualeo, uitio
dandum putabis: & hoc ipsum, quia, me non
ualcre, non tam corporis, quam officij cauſa
doleo, laudi etiam fortasse tribues. equidem ha-
beo non uoluntatis modo testem, uerum etiam
studij ac benevolentiae auctorem in te meae, ho-
minem honoratum, & cum omni uirtute excel-
lentem, tum uero omnium, quos ego in vita vi-
derim, humanissimum, Petrum Carnesecium
Protonotarium; qui te amat egregie, facit q; plurimi,
tuasq; laudes viraque manu ad astra
saepe tollit. verum ego non id solum spacio, mea
ut vni tibi pateat obseruaria. illuſtrabo eam,
si potero, meis aliquando scriptis, & patefaci-
am omnibus gentibus. interim, ut haec tibi no-
stra ex aliquo signo voluntas illicescat, praecela-
ram edo tuo cum nomine Sallustij historiam: cui
tus si locum dabis inter eos libros, qui ab oculis
tuis abesse non solent; vigebit apud te nostri me-
moria: quories eam videbis, toties animo tibi
occurram; adero tibi saepe absens; tacitus saepe
tecum loquar; meq; esse de tuis familiaribus v-
num, de ijs maxime, qui operam tibi assiduam
praeberent, qui tuo potissimum honori seruiunt,
existimabis. quod ut ita sit, uehementer opto:
&, si assequor, feram in caelum istam hu-
manitatem, colam animo, tuebor officijs, &
imi-

*imitabor, quantum potero : studio certe, se
minus re licebit, tibi ut satisfaciam, elabo-
rabo.*

EX LIBRIS PETRI CRINITI
DE HISTORICIS AC ORA-
TORIBVS LATINIS.

C R I S P V S Sallustius Amiterninanus.
C. *tus traditur in agro Sabino, quo anno*
Athenicensem urbs a L. Sylla devicta,
atque uastata est, ut Romani annales referunt,
ex nobili Sallustiorum familia ortus est, quae diu
in secundo ordine dignitatem seruauit. idem in ur-
be educatus creditur, & a teneris annis operam,
ac studium impendisse optimis disciplinis. sed cum
in ea tempora incidisset, quibus corrupti ciuium
mores uarijs partibus, atque factiōnibus forent,
neque uirtuti praemia, aut bonis ingenij adessent,
in tam depravata ciuitate, quod idem Sallustius
faretur, uicium eius ingenium uoluptatibus, faci-
le succubuit. itaque cum ad remp. pro aetate foret
delatus, propter ciuium improbitatem & factio-
nes, multa aduersa pertulit. nam tum praecipue
Silanis partibus infecta ciuitas aestuabat. Constat
ex veterum commentariis, Sallustium ipsum inge-
nio fuisse acri, & in studijs litterarum accurato,
tum maxime in scribenda historia. Praeceptorem
habuit inter alios Atelium Tractextatum, qui Phi-
lologum se appellauit, & ab eo edocitus est de ra-
tione recte scribendi, ut a Suetonio Tranquillo tra-
ditur, qui & Asinium quoque Pollionem scribit
ab eodem Praetextato eruditum, atque inscrutu-

maxi-

maxime autem M. Catonis studiosus fuit: ex cuius commentarijs uerba excerpit, & uelut breuiarium ad ipsum proprium habuit: quod Octavius quoque Aug. in epistola ad M. Antonium refert, in qua ipsum Antonium, ceterum insanientem increpat, quod ea scribere uellet, quae mirentur potius homines, quam quae intelligent. Sed interim ad Sallustij commentarios. Historiam compositum de L. Catilinae coniuratione contra R. Senatum, & itē de bello Iugurthae, qui, Numidiae rex factus, diu contra Romanos strenue rem gessit. Historiam praeterea de Romanorum gestis, ut de Mario, & Sylla, necnon de Pompeio contra regem Mithridatē. quod opus libris aliquot a Sallustio abso-lutum traditur. & adhuc supersunt quaedam, ueluti absolutissimi operis reliquiae, in quibus Sallustij diligentia in historia describenda, atque grauitas appareat. In parte operis de rebus Punicis, tanto animi studio incubuit, ut a quibusdam scriptum sit, eum regionem adiisse, ac maxima sollicitia perlungasse, quo maiore fide atque officio ueritatem exploraret. Anienus certe Rufus plurimum Sallustij diligentiam, atque studium commendauit. sed & Gellius, uir Romanus, qui ueterum eruditionis Aristarchus habetur, ita de Sallustij oratione differit. Elegantia, inquit, Sallustij uerborumq. facundia, & nonandi studium, cetera multa prorsus inuidia fuit. plures non mediocri in genio uiri conati sunt reprehēdere pleraque & obtrēctare,

trēctare, in quibus plura incite, aut maligne uel licant. quin & hunc proprietatis seruantissimum uocat. Titus autem Liuius tam iniquus Sallustio fuit, sicuti ab Annaeo Seneca scribitur, ut quae-dam, ex historia Thucydidis translata, et eleganter assumpta, uelut depravata, & corrupta illi obiecerit. idq. ipsum non in Thucydidis gratiam effecit, ut Arellius Fuscus dicebat, uerum putauit se facilius Sallustium sincere, si prius Thucydidem ipsum praeferret. Asinius quoque Tullio librum scriptis, quo Sallustij scripta reprehenderet, quod in ijs nimia quidem affectatione antiquitatem se-queretur. Fabius uero Quintilianus, uir matu-ro & graui iudicio, afferuit, oratione Sallustij, at-que brenitate nihil fieri posse perfectius, praefer-tim apud uacnas & eruditas aures. neque ueritus est idem Fabius, Thucydihi, in scribenda historia apud Graecos principi, Sallustium ipsum oppone-re, sicuti T. Liuium Herodoto: quo factum est, ut, cum plures uoluerint dicendi genus Sallustianum sequi, minime sint assēcuti. est enim eius ora-tio tam absolute, tam casta, & innocens, ut me-rito ab eruditis divina breuitas censeatur. nam & Arruntius, qui belli Punici historiam scriptis, Sallustio tam tum concessit, ut eius orationem ma-ximo studio sequeretur: quod alibi diximus. Nec illud ignoratur, consueuisse Sallustium magno la-bore ac studio scribere, ut nihil non absolutum, at que perfectum uideri posset. quod ex ipsa lectione facile

facile colligitur. Amicos in primis habuit doctrina, & ingenio nobiles, ut Cornelium Nepotem, Messallam, & Nigidium Figulum, qui perisse in exilio traditur: Iulium praeterea Caesarē magno studio dilexit, a quo etiam, ut creditur, dignitate praefecture honestatus est. Illud item a Suetonio refertur, Lenaeum grammaticum, Pompeij libertum, satyras contra Sallustium composuisse, eunq. mordaci & uirulentu carmine lacrasse, ut qui lurconem illum, popinonemque, & nebulonem, ac lastaurum appellaret, tum uita scriptisq. monstrosum, ac M. Catonis uerborum furem ineruditissimū. quod ipsum non alia ratione a Lenaeo factum creditur, quam ut studium suum, atque officium erga patronum Pompeium probaret: quem uiuin Sallustius ore probo, animo autem inuerecundo esse scripsérat. itaque mirandum non est, si tam acerbe, atque satyricē libertus Lenaeus contra Sallustium aciem stylī exacuit. Quamtum odij, atque iniuricitiae inter hunc & M. Ciceronem exfliterit, notissimum est: quod utriusque uiolentae, atque acerrimae orationes ita demonstrant, ut neuter uideri possit satis sui rationem habuisse, dum alteri male diceret. Qua in re non sunt multa referenda, cum ex Hieronymi, ac Fabij auctoritate constet, eos homines longe aberrasse, qui confitas magis orationes ab alijs, quam a Sallustio & Ciceronē habitas crediderint. Et sane tam corruptis moribus Sallustius, ingenio tam proclini ad luxum fuit,

fuit, ut paternam domum, uiuente adhuc patre, turpisima ratione uenalem haberet, quod illi inter alia uitia a M. Cicerone exprobratur. Sed a Varrone etiam & Gellio traditum est, eundem fuisse in adulterio deprehensum ab Anno Milone, lorisq. caesum, ac data pecunia dimissum. qua ratione factum est, ut M. Cicero appellare illum non dubitauerit, mensarum aſſeclam, cubiculorum pellicem, & adulterum. Dignitates publicas gessit, & quaesturae, & tribunatus honorem aſſecutus est, sed nulla quidem laude, aut commendatione, adeo libidine magis, quam ratione, & publice, & priuatim uixisse. nam & bis uocatus in iudicium, & ad iudicium subsellia abſtractus, fortuna extrema (ut inquit Cicero) stetit. Scribunt autem grammatici ea de causa senatu electum fuisse a censoribus, quod ingenti libidine matronas conſectaretur. Illud quoque de Sallustio relatum est, patrocinio & fauore C. Caesaris consecutum fuisse praeturam Africæ interioris: ex qua diues factus, cum in urbem rediret, pretiosissimos, atque amoenissimos hortos in regione ad Malum Punicum comparauit, ac Tiburti villam. quae a Cicerone itidem illi obiiciuntur. Neque desunt, qui scribant Terentiam M. Ciceronis uxorem ab eo repudiatam, Sallustio nupſisse, ac deinceps Messallae Coruino, uiro in eloquentia clarissimo, quod etiam suo loco scripsimus. Sciendum est fuisse plures Sallustios. nam & Cnaeus a M. Tullio celebratur

lebratur in Sallustiorum familia insignis , & M.
Ciceroni , ac Cn . Pompeio maxime familiaris .
quod ex ijs epistolis colligitur , quas Cicero ad Pó-
ponium Atticum scribit . qua in re imprudenter
quidam decepti sunt , cum Sallustij Empedoclea
ignorarent , ut alibi demonstrari . Sunt , qui tra-
dant , ad annum secundum & i. x. cum uixisse ,
& in patria annis aliquot post obitum C. Caesaris
diem extremum obiisse : quod ex veterum commen-
tarijs colligitur . Illud praeterea de hoc ipso Crispus
Romae circumlatu in est , ut multum testantur :
" Hic erit , ut perhibent doctorum corda uirorum ,
" Crispus Romana primus in historia .

A L D V S M A N V T I V S
S T V D I O S I S.

C O L L E G I pro uestra utili-
tate , cui semper studuit fami-
lia nostra , ueterum scriptorum
testimonia , quae ad ingenium , mo-
res , uitamq. Sallustii pertinent . nam
Petrus Crinitus ea , quae scripsit , te-
stibus non probat . nos igitur & ab il-
lo scripta pleraque confirmamus , &
multa , quae omisit , adiungimus : la-
bore numquam parcentes , ut commo-
dis uestris consulatis . quam consuetu-
dinem , ab auo , & patre acceptam , in-
termitti quantum in me erit , minime
patiar . M. D. L X I I . pridie
Kal. Dec.



B V E T E -

VETERVM S C R I P T O R V M,
D E S A L L V S T I O
T E S T I M O N I A,

ab Aldo Manutio, Pauli F. collecta.

E X Q V I N C T I L I A N O.

LIVIVS a pueris magis legendus, quam Lib. 2. c. 5.
Sallustius: & hic historiae maioris est auctor:
ad quem tamen intelligendum, iam profectu
opus sit.

Crispus Sallustius in bello Iugurthino, & Ca Lib. 3. c. 10.
tilinario nihil ad historiam pertinentibus prin
cipijs orsus est.

Vitanda illa Sallustiana (quamquam in Lib. 4. c. 2.
ipso uirtutis locum obtinet) brenitas, & abru
ptum sermonis genus: quod otiosum fortasse lecto
rem minus fallit, audientem transuolat, nec,
dum repetatur, exspectat.

Nec minus noto Sallustius epigrammate Lib. 8. c. 3.
incepsur.

» Et uerba antiqui multum furate Catonis,
» Cruppe, Iugurthinae conditor historiae.

Ex Graeco translata Sallusti plurima: qua Lib. 9. c. 3.
le est, Vulgus amat fieri.

At non historia cesserit Graecis: nec oppo Lib. 10. c. 1.
B 2 nere

nere Thucydidi Sallustium uerear: nec inadi-
gnetur sibi Herodotus acquiri T. Linium.

Ibidem.
Lib. 10.
Cap. 3.

Linius, & Sallustius pares magis, quam similes.

Sic (ideft, adhibito summo studio) scripsisse
Sallustium accepimus: & sane manifestius est
etiam ex opere ipso labor.

EX CORN. TACITO.

Hist. lib. 3. C. Sallustius, rerum Romanarum floren-
tissimus auctor.

EX SVETONIO.

Tvq. dubitas, Cimber ne Annius, an Ver-
rius Flaccus imitandi sint tibi? ita ut uerbis,
quae Crispus Sallustius excerpit ex Originibus
Catonis, utaris? an potius, & Asiaticorum
oratorum inanibus sententijs, uerborum uolu-
bitas in nostrum sermonem transferenda?

EX EODEM.

A SINIVS Pollio librum scripsit, in quo
Sallusti scripta reprobendit, ut nimia prisco-
rum uerborum affectatione oblita.

Ibidem.
In libello
de claris
gramm.
cap. 9. de
Ateo Phi-
lologo.

Coluit familiarissime C. Sallustium, & co-
defun-

defuncto, Asinium Pollionem: quos historiam
componere aggressos alterum breniariorum rerum
omnium Romanarum, ex quibus, quas uel-
let, eligeret, instruxit; alterum praeceptis de
ratione dicendi. quo magis miror Asinium Pol-
lionem credidisse, antiqua cum uerba, &
figuras solitum esse colligere Sallustio: cum sibi
sciat nil aliud suadere, quam ut noto, ciuilicq.,
& proprio sermone utatur, uiteq. maxime ob-
scuritatem Sallustij, & audaciam in transla-
tionibus.

Tamto amore erga patroni memoriam ex-
stilit, ut Sallustium historicum, quod eum (id
est Pompeium) oris improbi, animo inuere-
cundo scripsisset, acerbissima satyra laceraue-
rit, lastrum, & lurconem, & nebulonem,
popinonemq. appellans, & uita, scriptisq. mon-
strosum, praeterea priscorum, Catonisq. uer-
borum ineruditissimum furem.

EX IVSTINO.

POMPEIVS Trogus in Linio, & Sallu- Hist. lib. 38.
stio reprehendit, quod, conciones directas, ac
orationes operi suo inserendo, historiae modum
excesserint.

EX SENECA.

Decl.lib.3. ORATIONES Sallustij in honorem historiarum leguntur.

Epist. lib. 20. ep. 115. Sallustio uigente, amputatae sententiae, & uerba ante expectatum cadentia, & obscura breuitas fuere pro cultu. Arruntius, uir rarae frugalitatis, qui historias belli Punici scripsit, fuit Sallustianus, & in illud genus nitens.

Ibidem. Quae apud Sallustium rara fuerunt, apud hunc crebra sunt, & paene continua. nec sine causa. ille enim in haec incidebat: at hic illa quaerebat.

EX GELLIUS.

Lib. 1.c.15. SALLVSTIVS, nouator uerborum.

Lib. 4.c.15. Elegantia orationis Sallustij, uerborumq; fa cundia, & nouandi studium cum multa prorsus inuidia fuit: multiq; non mediocri ingenio uiri conati sunt reprehendere pleraque, & ob trectare: in quibus plura inscite, aut maligne uellicant. nonnulla tamen uideri possunt non in digna reprehensione: quale illud erat.

Lib. 17. cap. 18. M. Varro in litteris, atque uita fide homo multa, & granis, in libro, quem inscripsit Pius, aut de Pace, C. Sallustium, scriptorem seriae illius, & genera orationis, in cuius historiae

istoria notiones censorias fieri, atque exerceri uidemus, in adulterio deprehensum ab Anno Milone loris bene caesum dicit, & cum dedisset pecuniam, dimissum.

EX HORATIO.

» Libertinarum dico: Sallustius in quas

» Non minus incessitur, quam qui moechatur.

serm.lib.1.
lat. 2.

EX MACROBIO.

SALLVSTIVS, grauiissimus alienae l*u*- Lib. 3.c.1. xuriac obiurgator, & censor.

Quattuor sunt genera dicendi: copiosum, in Lib. 5. c.3. quo Cicero dominatur; breve, in quo Sallustius regnat; siccum, quod Frontoni adscribitur; pingue, & floridum, in quo Plinius Secundus quondam, & nunc, nullo ueterum minor, nosfer Symmachus luxuriatur.

EX ISIDORO.

SALLVSTIVS, auctor certissimus. Lib. 13.c.2.

EX MARTIALE.

» Hic erit, ut perhibent doctorum corda uirorū, Lib. 14:

» Crispus, Romana primus in historia.

C O N I V R A T I O

coepere turbes, atque nationes subigere; libidinem
 dominandi, causam belli habere; maximam glo-
 riam in maximo imperio putare: tum demum pe-
 riculo, atque negotijs compertum est, in bello plu-
 rimus ingenium posse. quod si regum, atque im-
 peratorum animi uirtus in pace ita, ut in bello, ua-
 leret: aequalius, atque constantius se se res huma-
 nae haberent; neque aliud aliò ferri, neque muta-
 ri, ac misceri omnia cerneret. nam imperium fa-
 cile ijs artibus retinetur, quibus initio partum
 est. uerum, ubi pro labore desidia, pro continen-
 tia, & aequitate libido, atque superbia inuasere;
 fortuna simul cum moribus immutatur. ita impe-
 riuum semper ad optimum quemque a minus bono
 transfertur. quae homines arant, nauigant, aedi-
 ficant, uirtuti omnia parent. sed multi mortales,
 dediti uenitri, atque somno, indebeti, incultiq; ui-
 tam sicut peregrinantes transfere. quibus profe-
 sto contra natum corpus uoluptati, anima o-
 peri fuit. eorum ego uitam mortemq; iuxta aesti-
 mo: quoniam de utraque siletur. uerum enimue-
 ro is mihi uiuere demum, atque frui anima uide-
 tur, qui aliquo negotio intentus, praecleari facino-
 ris, aut artis bonaefamam querit. sed in magna
 copia rerum, aliud aliò natura iten ostendit. pul-
 chrum est, bene facere reip. etià bene dicere, haud
 absurdum est. uel pace, uel bello clarum fieri li-
 cit. & qui fecere, & qui facta aliorum scripsero,
 multi laudantur. Ac mihi quidem, tametsi haud
 quam

Bellum unde
 Imperii magnitudo
 Superatio in diuersis.
 Reparatione mutationes
 uide

Audientes fortuna iuvos
 Virgilius f. 6 x pag. 36.
 uerbi. f. 6 x pag. 4. 6.
 ff pag. 9. 1. 1.

Virtus potest

Homines cur inobediri

Corpon, atq; animi na-
tura.

Inductorum, ut in cultu-
mota.

Quis uincat.

A gloriis uic.

Juvenal. pag. 4. 1. m.

Facili, maiori laudi quo-
scirent.

C A T I L I N A E

quaquam par gloria sequatur scriptorem, & a-
 tore rerum; tamen in primis arduum uidetur Intra pag. 5 a. p.
 res gestas scribere; primum, quod facta dictis sunt Historian sententia con-
tinens artus.
 exaequanda: debinc, quia plerique, quae delicta
 reprehenderis, malevolentia, & inuidia dicta
 putant: ubi de magna uirtute, atque gloria bono-
 rum memores; quae sibi quisque facilia factu pu-
 tat, aequo animo accipit; supra ea, veluti ficta
 pro falso dicit. Sed ego adolescentulus initio, si-
 cuti plerique, a studio ad remp. latus sum: ibi q. ad adolescentem a studio
 mihi multa aduersa fuere. nam pro pudore, pro
 abstinentia, pro uirtute, audacia, largitio, au- In repub. uita.
 ritia uigebant. quae tametsi animus aspernaba-
 tur, infolens malarum artium: tamen inter tam-
 ta uitia imbecilla aetas; ambitione corrupta, te-
 nebatur. Ac me, cum ab reliquis malis moribus
 dissentire, nihil minus honoris cupido eadem, Etas imbecilla inter uis-
ta.
 quae ceteros, fama, atque inuidia uexabat. igi-
 tur, ubi animus ex multis miserijs, atque pericu-
 la requieuit, & mihi reliquam aetatem a rep. pro A repub. natus homini
 cul habendam decreui; non fuit consilium, foci-
 dia, atque desidia bonum otium conterere: neque Iudicata.
 uero, agrum colendo, aut uenando, seruilibus of-
 ficiis intentum aetatem agere; sed, a quo incepto, Literarum studium
 gressus statui res gestas populi R. carpimus, ut quae- vole pag. sequentem
 que memoria digna uidebantur, prescribere, eo Historian sententia uni-
 magis, quod mihi a spe, metu, partibus reip. aut mus.
 mus liber erat. igitur de Catilinae coniuratione, cic ad Iurarium v-
Tunc pag. 13. m.

quam

quām uerissime potero, paucis absoluam. nam id facinus in primis ego memorabile existimō, sceleris atque periculi nouitate. de cuius hominis moribus paucaprius explananda sunt, quām initium narrandi faciam. L. Catilina, nobili genere natus, fuit magna uī & animi, & corporis, sed ingenio malo, prauoqué. huic ab adolescentia bella intellīna, caedes, rapinae, discordia civilis grata fuere: ibiq̄ iuuentute in suam exercuit. corpus patiens mediae, algoris, uigiliae, supra quām cuiquam credibile est. animus audax, subdolus, uarius, cuiuslibet rei simulator, ac dissimulator, alieni appetens, sui profusus, ardens in cupiditatibus. satis loquentiae, sapientiae parum. uastus animus immoderata, incredibilia, nimis alta semper cupiebat. hunc, post dominationem L. Syllae, libido maxima inuaserat reip. capiundae: neque, id quibus modis adsequeretur, dum sibi regnum pararet, quidquam pensi habebat. agitabatur magis magisq; in dies animus ferox inopia rei familiaris, & conscientia scelerum: quae utraque his artibus auxerat, quas supra memorauit. incitabant praeterea corrupti ciuitatis mores: quos pessima, ac diuersa inter se mala, luxuria, atque auaritia uexabant. Res ipsa bortari uidetur, quoniam de moribus ciuitatis tempus admonuit, supra repetere, ac paucis insituta maiorum domi, militiaeque, quo modo rem. habuerint, quam tamq; reliquerint, utque, paullatim immutata, ex pulcherrima

cherrima, & optima pessima, ac flagitiosissima facta sit, differere. Urbem Romanam, sicuti ego accipi, condidere, atque habuere initio Troiani; qui, Aenea duce, profugi, incertis sedibus uaga bantur; cumq; his Aborigines, genus hominum agreste, sine legibus, sine imperio, liberum, atque solutum. hi postquam in una moenia conuenerere, dispari genere, dissimili lingua, aliis alio more uiuentes; incredibile memoratu est, quām facile coaluerint. sed, postquam res eorum ciuibus, moribus, agris aucta, satis prospera, satisq; pollens uidebatur; sicuti pleraque mortalium habentur, iniuria ex opulentia orta est. igitur reges, populiq; finitimi bello tentare: pauci ex amicis auxilio esse. nam ceteri, metu percussi, a periculis aberant. at Romani, domi, mil tiaeque intenti, festinare, parare; aliis aliarum bortari; hostibus obuiam ire; libertatem, patriam, parentesq; armis protegere. post, ubi pericula uirtute propulerant, socijs, atque amicis auxilia portabant; magisq; dandis, quam accipiendis beneficijs amicitias parabant: imperium legitimum, nomen imperij regium habebant: delecti, quibus corpus annis infirmum, ingenium sapientia ualidum erat, reip. consultabant. hi, uel aetate, uel curiae similitudine, patres appellabantur. post, ubi regium imperium, quod initio conseruandae libertatis, atque augēndae reip. fuerat, in superbiam, dominationemq; se convertit; immutato more, annua impe-

imperia, binos imperatores sibi fecere. eo modo minime posse putabant per licentiam insolescere animum humanum. Sed ea tempestate coepere se quisque magis extollere, magisq. ingenium in promptu habere. nam regibus boni, quam mali, suspectiores sunt: semperq. his aliena uirtus formidolosa est. Sed ciuitas, incredibile memoratu est, adepta libertate, quantum breui creuerit. tamta cupido gloriae inceſſerat. Iamprimum iuuentus, simul ac belli patiens erat, in castris per laborem usū militiam discebat: magisq. in d. coris armis, & militaribus equis, quam in scortis, atque coniuixis, libidinem habebant. igitur talibus uiris non labor insolitus, non locus ullus asper, aut arduus erat, non armatus hostis formidolosus: uirtus omnia domuerat. sed gloriae maximum certamen inter ipsos erat. sic se quisque hostem ferrire, murum ascendere, confici, dum tale facinus faceret, properabat. eas diuitias, eam bonam famam, magnamq. nobilitatem putabant. laudis audi, pecuniae liberales erant: gloriam in gentem, diuitias honestas uolebant. Memorare possem, quibus in locis maximas hostium copias populus R. parua manu fuderit; quas urbes natura munitas pugnando ceperit; ni ea res longius nos ab incepto traheret. sed profecto Fortuna in omni re dominatur. ea res cunctas ex libidine magis, quam ex uero, celebrat, obscuratque. Atheniensium res gestae, sicuti ego existimo, satis am-
plae,

plae, magnificaqe, fuere; uerum aliquanto minor res tamen, quam fama feruntur: sed, quia prouenere ibi scriptorum magna ingenia, per terrarum orbem Atheniensium facta pro maximis celebrantur. ita eorum, qui ea fecere, uirtus tamta habetur, quantum uerbis ea potuere extollere praeclara ingenia. at populo R. numquam ea copia fuit: quia prudentissimus quisque negotiosus maxime erat. ingenium nemo sine corpore exercebat. optimus quisque facere, quād dicere, sua ab alijs bene facta laudari, quam ipse aliorum narrare, malebat. igitur domi, militiaeq. boni mores colebantur. concordia maxima, minima anaritia erat. ius bonumq. apud eos non legibus magis, quam natura, ualebat. iurgia, discordias, iras, similitates cum hostibus exercabant: ciues cum ciuibus de uirtute certabant. in supplicijs deorum magnifici, domi parci, in amicos fideles erant. duabus his artibus, audacia in bello, ubi pax enenerat, aequitate, sequē, remq. publicam curabant. Quarum rerum maxima documenta haec habeo; quod in bello saepius vindicatum est in eos, qui contra imperium in hostem pugnauerant, quiq. tardius renocati proelio exceſſerant, quam qui signa relinquere, aut pulsī loco cedere ausi erant; in pace uero, quod beneficijs magis, quam metu, imperium agitabant, &, accepta iniuria, ignoscere, quam persequi, malebant. sed, ubi labore, atque iustitia resp. crenit; reges magni

magni bello domiti; nationes ferae, & populi ingentes si subacti; Carthago, aemula imperij Romani, a stirpe interit; cuncta maria, terraeq. patetabant: saeuire fortuna, ac miscere omnia coepit. qui labores, pericula, dubias, atque asperas res facile tolerauerant, ijs otium, dinitiae, optandae alijs, oneri miseriaeque fuere. igitur primo pecuniae, deinde imperij cupidio crevit. ea quasi matres omnium malorum fuere. namque avaritia fidem, probitatem, ceterasq. artes bonas subuerit; pro his superbiam, crudelitatem, deos neglige, omnia uenalia habere, edocuit: ambitio multos mortales falsos fieri subegit; aliud clausum in pectore, aliud promptum in lingua habere; amicitias, inimicitiasq. non ex re, sed ex commodo aestimare; magisq. uultum, quam ingenium, bonum habere. haec primo paullatim crescere, interdum vindicari. post, ubi contagio, quasi pestilentia, inuasit; ciuitas immutata; imperium ex iustissimo, atque optimo, crudele, intolerandumq. factum. Sed primo magis ambitione, quam avaritia, animos hominum exercebat: quod tamen uitium proprius uirtuti erat. nam gloriam, honorem, imperium bonus, & ignarus aeque sibi exceptant. sed ille uera uia nititur: huic quia bonae artes desunt, dolis, atque fallacijs contendit. avaritia pecuniae studium habet: quam nemo sapiens concipiuit. ea quasi uenenis malis imbuta, corpus animumq. uirilem effeminat; sem-

per

per infinita, insatiabilis est; neque copia, neque inopia minuitur. Sed, postquam L. Sylla, armis recepta rep. bonis inijs malos euentus habuit; rapere omnes, trahere; domum alius, alius agros cupere; neque modum, neque modestiam uitatores habere; foeda, crudeliaq. in ciues facinora facere. hoc accedebat, quod L. Sylla exercitum, quem in Asia ductauerat, quo sibi fidum ficeret, contra morem maiorum luxuriosè, nimisq. liberaliter habuerat. loca amoena, uoluptaria facile in otio feroces militum animos mollierant. ibi primum insuevit exercitus populi R. amare, potare, signa, tabulas pictas, nasa caelata mirari, ea priuatim ac publice rapere, delubra spolia re, sacra, profanaq. omnia polluere. Igitur milites, postquam uictoram adepti sunt, nihil reliqui uictis fecerunt. quippe secundae res sapientium animos fatigant: nedum illi, corruptis moribus, uictoriae temperarent. postquam diuitiae honori esse cooperunt, & eas gloria, imperium, potentia sequebatur: hebescere uirtus, paupertas probro haberit, innocentia pro malevolentia duci capiet. igitur ex diuitijs inuentum luxuria, atque avaritia cum superbia inuasere. rapere, consumere; sua parui pendere, aliena cupere; pudorem, pudicitiam, diuina atque humana promiscua; nil pensi, neque moderati habere. opera pretium est, cum domos atque villas cognoueris, in urbiū modū aedificatas, uisere templa deorū, quae nostri maiores,

C reli-

religiosissimi mortales, fecere. uerum illi delubra deorum pietate, domos suas gloria decorabant, neque uitris quidquam, præter iniuriæ licentiam, eripiebant. at hi contra, ignauissimi homines, per summum scelus omnia ea socijs adimere, quae fortissimi viri uitores reliquerunt: proinde quasi, iniuriam facere, id demum esset imperio uti. nam quid ea memorem, quae, nisi ijs, qui uidere, nemini credibilia sunt; a priuatis compluribus subuersos montes, maria constructa esse? quibus mihi ludibrio uidentur fuisse diuitiae. quippe, quas honeste habere licebat, per turpitudinem abuti properabant. Sed libido stupri, ganeae, ceteriq. cultus non minor incesserat. viri pati muliebria: mulieres pudicitiam in propatulo habere: uescendi causa, terra, mariq. omnia exquirere: dormire prius, quam somni cupidio esset: non famē, non sitim, neque frigus, neque laitudinem opperiri, sed ea omnia luxu ante capere. hæc iuuentutem, ubi familiares opes defecerant, ad facinora incendebant. animus imbutus malis artibus, haud facile libidinibus carebat: eo profusius omnibus modis quaestui, atque sumptui deditus erat. In tamta, tamq. corrupta ciuitate, Catilina, id quod factu facillimum erat, omnium flagitorum, atque facinorum circum se, tamquam stipatorum, caterwas habebat. nam, quicunque impudicus, adulter, ganeo, uentre, manu, pene bona patria dissipauerat; quiq. alienum aës grande conflare, rat.

rat, quo flagitium, aut facinus redimeret; praete rea, omnes undique parricidae, sacrilegi, conuicti iudicijs, aut pro factis iudicium timentes; ad hoc, quos manus, atque lingua, periurio, aut ciuili sanguine alebat; postremo, omnes, quos flagitium, egestas, conscius animus exagitabat, hic Catilinae proximi, familiaresq. erant. quod si quis etiam a culpa uacuus in amicitiam eius inciderat; quotidiano usu, atque illecebris, facile par, similisq. ceteris efficiebatur. sed maxime adolescentium familiaritates appetebat. eorum animi molles, & aetate fluxi, dolis haud difficulter capiebantur. nam, ut cuiusque studium ex aetate flagrabat, alijs scorta præbere; alijs canes, atque equos mercari; postremo neque sumptui, neque modestiae suae parcere, dum illos obnoxios, fidosq. sibi faceret. Scio fuisse non nullos, qui ita existimarent; iuuentutem, quae domum Catilinae frequentabat, parum honeste pudicitiam habuisse. sed ex alijs rebus magis, quam quod cuiquam id compertum foret, haec fama ualebat. Iamprimum adolescens Catilina multa nefanda stuprata cerat cum uirgine nobili, cum sacerdote Vestae, & alia huincmodi contra ius, fasque. postremo, captus amore Aureliae Orestillae, cuius, praeter formam, nihil umquam bonus laudauit; quod canubere illi dubitabat, timens priuignum adulterum aetate; pro certo creditur, necato filio, uacuam domum scelestis nuptijs fecisse. quae quidem res

mibi in primis uidetur causa fuisse facinoris maturandi. namque animus impurus, dijs, homini-
busq. infestus, neque uigilijs, neque quietibus se-
dari poterat: ita conscientia mentem excitam ua-
stabat. igitur color eius ex sanguis, foedi oculi, ci-
tus modo, modo tardus incensus: prorsus in facie,
uultuq. uecordia inerat. Sed iuuentutem, quam,
ut supra diximus, illexerat, multis modis mala
facinora edocebat. ex illis testes, signatores fal-
los commodare; fidem, fortunas, pericula uilia
habere. post, ubi eorum famam, atque pudorem
attruerat, maiora alia imperabat. si causa pec-
candi in praesens minus suppeditabat; nihil minus
insontes, sicuti fontes, circumuenire, iugulare.
scilicet, ne per otium torpescerent manus, aut a-
nimus, gratuito potius malus, atque crudelis er-
at. His amicis, socijsq. confusis Catilina; simul,
quod aes alienum per omnes terras ingens erat; et
quod plerique Syllani milites, largius suo usi, ra-
pinarum & uitioriae ueteris memores, ciuile bel-
lum exoptabant; opprimenda reip. consilium ce-
pit. in Italia nullus exercitus: Cn. Pompeius in
extremis terris bellum gerebat: ipsi consulatum
petendi magna spes: senatus nihil sane intentus;
tutae, tranquillaeq. res omnes. sed ea prorsus op-
portuna Catilinae erant. igitur circiter kal. Iun.,
L. Caesare. & C. figulo cos. primo singulos ap-
pellare; hortari alios; alios tentare; opes suas,
imparatam remp. magna præmia coniurationis
docere.

7
docere. ubi satis explorata sunt, quae uoluit, in
unum omnes conuocat, quibus maxima necessitu-
do, & plurimum audaciae inerat. eò conuenere
senatorij ordinis P. Lentulus Sura, P. Autro-
nius, L. Cassius Longinus, C. Cethegus, P. &
Ser. Syllae, Seruji filij; L. Vargunteius, Q. An-
nius, M. Porcius Laeca, L. Bestia, Q. Curius;
praeterea, ex equestri ordine, M. Fulnius Nobili-
or, L. Stalius, P. Gabinius Capito, C. Corne-
lius; ad huc, multi ex colonijs, et municipijs, domi-
nobiles. erant praeterea coplures paullo occultius
consilij huiusc particeps nobiles: quo's magis do-
minationis spes hortabatur, quād inopia, aut a-
lia necessitudo. ceterum iuuentus pleraque, sed
maxime nobilium, Catilinae inceptis fauebat. qui
bus in otio uel magnifice, uel molliter uiuere co-
pia erat, incerta pro certis, bellum, quād pa-
cem, malebant. fuere item et tempestate; qui cre-
derent, M. Licinium Crassum non ignarum eius
consilij fuisse: quia Cn. Pompeius, inuisus ipse, ma-
gnūm exercitū ducebatur, cuiusvis opes uoluisse
contra illius potentiam crescere: simul consilium,
si coniuratio ualueret, facile apud eos se princi-
pem fore. Sed ante ea item coniurauere pauci con-
tra remp. in quibus Catilina fuit. de qua, quād
uerissime potero, dicam, L. Tullo, Man. Lepido
cos. P. Autronius, & P. Sylla, designati consu-
les, legibus mabitus interrogati, poenas dederat.
post paullo Catilina, pecuniarum repetundarum

reus, prohibitus erat petere consulatum; quod intra legitos dies profiteri nequinerit. erat eodem tempore Cn. Piso, adolescens nobilis, summae audaciae, egens, faftiosus; quem ad perturbandam rem. inopia, atque mali mores stimulabant. cum hoc Catilina, & Autronius, circiter nonas Dec. consilio communicato, parabant in Capitolio kalendis Ian. L. Torquatum, & L. Cot tamcos. interficere; ipsi, fascibus correptis, Pisōnem cum exercitu ad obtinēdas duas Hispanias mittere. ea re cognita, rursus in nonas Febr. consilium caedis transflulerunt: iam tum non consulibus modo, sed plerisque senatoribus perniciem machinabantur. quod ni Catilina maturasset procuria signum socijs dare: eo die, post conditam urbem Romam, pessimum facinus patratum foret, quia nondum frequentes armati conuenerant; ea res consilium diremit. Postea Piso in citeriorem Hispaniam quaestor pro praetore missus est, adniente Crasso; quod eum infestum inimicum Cn. Pompeio cognouerat. neque tamen senatus prouinciam inuitus dederat. quippe fœdum hominem a rep. procul esse uolebat: simul, quia boni complures praefidium in eo putabant; & iam tum potentia Cn. Pompeij formidolosa erat. sed is Piso, in prouinciam iter faciens, ab equitibus Hispanis, quos in exercitu ducebatur, occisus est. sunt qui ita dicunt, imperia eius iniusta, superba, crudelia barbaros nequiuuisse pati: alij autem, equites

illos,

illos, Cn. Pompeij ueteres, fidosq. clientes, uoluntate eius Pisōnem aggressos: numquam Hispanos praeterea tale facinus fecisse, sed imperia saeuia multo antea percessos. nos eam rem in medio relinquemus. De superiori coniuratione satis est dictum. Catilina, ubi eos, quos paullo ante memorau, conuenisse uidet; tametsi cum singulis multa saepe egerat; tamen, in rem fore credens uniuersos appellare, & cobortari, in abditā partem ædium secedit; atque ibi, omnibus arbitris procul amotis, orationem huiuscmodi habuit. Ni uirtus, fidesq. uestra satis spectata mihi foret: nequidquam opportuna res cecidisset: spes magna, dominatio in manibus frustra fuissent: neque ego, per ignauiam, aut uana ingenia, incerta pro certis captarem. sed, quia multis, & magnis tempestatibus uos cognoui fortes, fidosq. mihi; eo animus ausus est maximum, atque pulcherrimum facinus incipere; simul, quia uobis eadem, quae mihi, bona, malaq. esse intellexi. nam, idem uelle, atque idem nolle, ea demum firma amicitia est. Sed ego, quae mente agitau, omnes iam antea diuersi audistis. ceterum mihi in dies magis animus accenditur, cū considero, quae condicio uitiae futura sit, nisi nosmet ipsos vindicamus in libertatem. nam, postquam resp. in paucorum potentium ius, atque ditionem concessit: semper illis reges, tetrarchæ uectigales esse: populi, nationes, stipendia pendere: ceteri omnes,

c 4 strenui,

CONIVRATIO

strenui, boni, nobiles, atque ignobiles, vulgus fui-
 mus, sine gratia, sine auctoritate, his obnoxij,
 quibus, si resp. ualeret, formidini effemus. ita-
 que omnis gratia, potentia, honos, diuitiae apud
 illos sunt, aut ubi illi uolunt: nobis reliquerunt pe-
 ricula, repulsas, iudicia, egestate. quae quo usque
 tandem patiemini o fortissimi uiri? non ne emori
 per uirtutem praeflat, quam uitam miseram, at-
 que inbonefiam, ubi alienae superbiae ludibrio fue-
 ris, per dedecus amittere? uerum enimuero, pro-
 deum atque hominum fidem, uictoria in manu
 nobis est. uiget etas: animus ualet. contra illis,
 annis, atque diuitijs, omnia confenuerunt. tam-
 tummodo incepto opus est: cetera res expediet.
 etenim quis mortalium, cui uirile ingenium est,
 tolerare potest, illis diuitias superare, quas pro-
 fundant in exstruendo mari, et montibus coaequa-
 dis, nobis rem familiarem etiam ad necessaria de-
 esse? illos binas, aut amplius domos continuare,
 nobis larem familiarem nusquam ullum esse? cit
 tabulas, signa, toremata emunt; noua diruunt,
 alia aedificant; postremo omnibus modis pecuniam
 trahunt, uexant; tamen summa libidine diuitias
 suas uincere nequeunt. at nobis est domi inopia,
 foris aes alienum, mala res, spes multo asperior.
 denique quid reliqui habemus, praeter miseram
 animam? Quin igitur expurgiscimini? en illa, il-
 la, quam saepe optastis, libertas, praeterea diuini-
 tiae, decus, gloria in oculis sita sunt. fortuna ea
 omnia

CATILINAE

omnia uictoribus præmia posuit. res, tempus, pe-
 ricula, egestas, belli spolia magnifica, magis,
 quam oratio mea, uos hortentur. uel imperato-
 re, uel milite me utimini. neque animus, neque
 corpus a uobis aberit. haec ipsa, ut spero, uobis-
 cum una consul agam: nisi forte me animus fallit,
 & uos seruire magis, quam imperare, parati e-
 stis. Postquam accepere ea homines, quibus ma-
 la omnia abunde erant, sed neque res, neque spes
 bona ulla: tametsi illis, quieta mouere, magna
 merces uidebatur; tamen postulanere plerique,
 ut proponeret, quae condicio belli foret; quae præ-
 mia armis peterent: quid ubique opis, aut spei ha-
 berent. Tu Catilina polliceri tabulas nouas, pro-
 scriptiōnē locupletum, magistratus, sacerdo-
 tia, rapinas, aliaq. omnia, quae bellum, atque li-
 bido uictorum fert: praeterea, esse in Hispania ci-
 teriore Tisonem, in Mauritania cum exercitu P.
 Sitium Nucerinum, consiliū sui participes: pete-
 re consulatum C. Antonium, quem sibi collegam
 fore speraret, hominem & familiarem, et omni-
 bus necessitudinibus circumuentum: cum eo con-
 sule se initium agendi facturum. ad hoc maledi-
 cīs increpabat omnes bonos: suorum unum-
 quemque nominans laudare admonebat alium
 egestatis, alium cupiditatis suae, complures pe-
 riculi, aut ignominiae, multos uictoriae Syllanae,
 quibus ea praedae fuerat. Postquam omnium ani-
 mos alacres uidet; cohortatus, ut petitione suam
 curae

curae haberent, conuentum dimisit. Fuere ea tempestate, qui dicerent, Catilinam, oratione habita, cum ad iusurandum populares sceleris sui ad diceret, humani corporis sanguinem uino permixtum in pateris circumtulisse; inde, cum post exsecrationem omnes degustauissent, sicuti in sollemnibus sacris fieri consuerit, aperuisse consilium suum, atque eo dictare fecisse, quo inter se magis fidi forent, alius alij tam facinoris concij. non nulli ficta et haec, et multa praeterea existimabant ab ijs, qui Ciceronis inuidiam, quae postea orta est, leniri credebant atrocitate sceleris eorum, qui poenas dederat. nobis ea res pro magnitudine parum comperta est. Sed in ea coniuratione fuit Q. Curius, natus haud obscuro loco, flagitijs atque facinoribus coopertus: quem senatu censores propri gratia mouerant. huic homini non minor uanitas, quam audacia, inerat. neque reticere, quae audierat, neque suamet ipse scelera occultare, prorsus neque dicere, neque facere, quidquam pensi habebat. erat ei cum Fulvia, muliere nobili, stupri uetus confuetudo. cui cum minus gratus esset, quod inopia minus largiri poterat; repente glorians maria, montesq. polliceri coepit; et minari interdum ferro, nisi obnoxia foret; postremo, ferocius agitare, quam solitus erat. at Fulvia, ex insolentia Curiij caussa cognita, tale periculum reip. haud occultum habuit; sed, sublato auctore, de Catilinæ coniuratione quae, quo modo dierat,

dierat, compluribus narravit. ea res in primis studia hominum accedit ad consulatum mandandum M. Tullio Ciceroni. namque antea pleraque nobilitas inuidia astuabat, et quasi pollui consulatum credebat, si eum, quamvis egregius, homo nouus adeptus foret. sed, ubi periculum aduenit, inuidia, atque superbia post fuere. Igitur, comitijs habitis, consules declarantur M. Tullius, et C. Antonius. quod factum primo populares coniurationis concusserat. neque tamen Catilinæ furor minuebatur; sed in dies plura agitare; arma per Italiam locis opportuni parare; pecuniam, sua, aut amicorum fide sumptam mutuam, Faesulas ad Manlium quemdam portare; qui postea princeps fuit belli faciundi. ea tempestate plurimos cuiusque generis homines asciuisse sibi dicitur, mulieres aliquot etiam; quae primo ingentes sumptus stupro corporis tolerauerant, post, ubi aetas tantummodo quaestui, neque luxuriae modum fecerat, aes alienum grande conflauerant. per eas se Catilina credebat posse servititia urbana solicitare, urbem incendere, uiros eorum uel adiungere sibi, uel interficere. sed in his erat Sempronius; quae multa saepe uirilis audaciae facinora comiserat. haec mulier genere, atque forma, praeterea uiro, liberis satis fortunata fuit; litteris graecis et latini docta; psallere, saltare eleganter, quam necesse est probae: multa alia, quae instrumenta luxuriae sunt. sed ei semper cario-

tione, agros, bonaq. omnia amiserat; praeterea, latrones cuiusque generis, quorum in ea regione magna copia erat, non nullos ex Syllanis colonis, quibus libido, atque luxuria ex magnis rapinis nihil reliqui fecerant. ea cum Ciceroni nunciarentur; ancipi malo permotus, quod neque urbem ab infidiis priuato consilio longius tueri poterat, neque, exercitus Manlii quatus, aut quo consilio foret, satis compertum habebat, rem ad senatum refert, iam antea uulgi rumoribus exagitatam. itaque, quod plerumque in atroci negotio solet, senatus decreuit, darent operam consules, ne quid resp. detrimenti caperet. ea post testas per senatum more Romano magistratu maxima permittitur, exercitum parare, bellum gerere, coercere omnibus modis socios, atque ciues: domi, militiae q. imperium, atque iudicium summum habere. aliter, sine populi iussu, nulli earum rerum consuli ius est. Post paucos dies L. Senius senator in senatu litteras recitauit, quas Faesulus allatas sibi dicebat; in quibus scriptum erat, C. Manlium arma cepisse, cum magna multitudine ante diem vii. kal. Nou. simul, id quod in tali re solet, alijs portental, atque prodigia nunciabantur, conuentus fieri, arma portari, Capuae, atque in Apulia seruile bellum moueri. igitur senati decreto Q. Marcius Rex Faesulas, Q. Metellus Creticus in Apulia, circumq. ea loca missi sunt. hi utrique ad urbem imperatores erant, impedi-

ti,

ti, ne triumpharent, calumnia paucorum; quibus omnia honesta, atque in honesta vendere mos erat. sed praetores Q. Pompeius Rufus Capuam, Q. Metellus Celer in agrum Picenum: hisq. permissum, uti pro tempore, atque periculo exerciti compararent. ad hoc, si quis indicasset de coniuratione, qua contra rem facta erat, praemium decreuere seruo libertatem, H.S. C. libero impunitatem eius rei, & H.S. CC. itemq. decreuere, uti gladiatioriae familie Capuam, & in cetera municipia distribuerentur pro cuiusque opibus; Roma per totam urbem uigiliae haberetur; eisq. minores magistratus praessent. Quibus rebus permota ciuitas, atque immutata facies urbis erat: ex summa lactitia, atque laetitia, quae diurna quies pepererat, repente omnes tristitia invaserat. feslinare, trepidare: neque loco, neque homini cuiquam satis credere: neque bellum gerere, neque pacem habere: suo quisque metu pericula metiri. ad hoc, mulieres, quibus pro reip. magnitudine belli timor insolitus incesserat, afflstante se: manus supplices ad caelum tendere: miserari paruos liberos: rogitate: omnia pauere: superbia, atque deliciis omissis, sibi, patriae q. diffidere. At Catilina crudelis animus eadem illa mouebat: tametsi praesidia parabantur; & ipse legi Plantia interrogatus erat ab L. Paullo. postremo, dissimulandi causa, & quasi sui expurgandi, sicuti iurgio lacestitus foret, in senatum uenit.

tum

tum M. Tullius consul, siue praesentiam eius timens, siue ira commotus, orationem habuit luctucentam, atque utilem recipit. quam postea scriptam edidit. sed, ubi ille assedit, Catilina, ut erat: paratus ad dissimulanda omnia, demissuultu, uoce supplici, postulare a patribus coepit, ne quid de se temere crederent: ea familia ortum, ita se ab adolescentia uitam instituisse, ut omnia bona in spe haberet: ne existimarent, sibi, patricio homini, cuius ipsius, atque maiorum plurima beneficia in plebem R. essent, perdita rep. opus esse; cum eam seruaret M. Tullius, inquilinus ciuis urbis Romae. Ad haec maledicta alia cum adderet; obstrepero omnes, hostem, atque parricidam uocare. tum ille furibundus, Quoniam quidem circumuentus, inquit, ab inimicis praeceps agor; incendium meum ruina restinguam. Deinde se ex curia domum proripiuit. ibi multa secum ipse uoluens, quod neque insidiae consuli procedebant, et ab intendio intelligebat urbem uigilijs munitam, optimum factu credens exercitum augere, ac prius, quam legiones scriberentur, multa ante capere, quae bello usui forent, nocte intempesta cum paucis in Manliana castra profectus est. sed Cethego, atque Lentulo, ceterisq., quoru cognouerat promptam audaciam, mandat, quibus rebus possent, opes factionis confirmare; insidias consuli matuerent; caudem, incendia, aliaq. bellii facinora parent: se se propediem cum magno exercitu ad urbē

acces-

accusurum. Dum haec Romae geruntur, C. Manlius ex suo numero legatos ad Q. Marciū regē mittit cum mandatis huiuscmodi. Deos, hominesq. testamur, imperator, nos arma neque cōtra patriam cepisse, neque quo periculum alijs faceremus, sed uti corpora nostra ab iniuria tua forent: qui miseri, egentes, uiolentia, atque crudelitate foeneratorum plerique patria, sed omnes fama, atque fortunis expertes sumus: neque cuiquam nostrum licuit, more maiorum, lege uti, neque, amissu patrimonio, corpus liberum habere: tantas acutia foeneratorū, atque praetoris fuit. saepe maiores uestrum miseriti plebis R. decretis suis inopiae eius opitulati sunt: ac nouissime, memoria nostra, propter magnitudinem aeris alieni, uolentibus omnibus bonis, argentum aere solutum est. Saepe ipsa plebs, aut dominandi studio permota, aut superbia magistratum armata, a patribus fecit. at nos non imperium, neque diuitias petimus; quarum rerum causa, bella, atque certamina omnia inter mortales sunt; sed libertatē; quam nemo bonus, nisi cum anima simul, amittit. Te, atque senatum obtestamur, consulatis misericris ciuibus; legis praesidium, quod iniquitas praetoris eripuit, restituatis; ne ue nobis eam necessitudinē imponatis, ut quereramus, quonam modo maxime ulti sanguinem nostrum pereamus. Ad haec Q. Marcius respondit: si quid ab senatu petere uelint, ab armis discedant, Romam supplices pro-

D fici-

fisciscantur : ea misericordia, ac mansuetudine se-
natum, populumq. R. semper fuisse, ut nemo um-
quam ab eo frustra auxilium petuerit. At Catilina ex itinere plerisque consularibus, praeterea
optimo cuique litteras mittit: se, falsis criminibus
circumuentum, quoniam factioni inimicorum re-
sistere nequieverit, fortunae cedere, Massiliam in
exsilium profici; non quo sibi tanti sceleris con-
scius esset; sed uti resp. quieta foret; ne ue ex sua
contentione seditione oriretur. Ab his longe diuer-
sas litteras Q. Catulus in senatu recitauit; quas
sibi nomine Catilinae redditas dicebat. earum e-
xemplum infra scriptum est.

L. C A T I L I N A Q. C A T Y L O S.

E G R E G I A tua fides, re cognita, grata
michi, magnis in meis periculis, fiduciam commen-
dationi meae tribuit, quamobrem defensionem in
nouo consilio non statui parare: satisfactionem ex
nulla conscientia de culpa proponere decreui: qua
medius fidius licet ueram cognoscas. Inturijs, con-
tumelijsq. concitatus, quod fructu laboris, indu-
striae q. meae priuatus, statum dignitatis no obti-
nebam, publicam miserorum caussa pro mea con-
suetudine suscepi: non, quin aes alienum meis no-
minibus ex possessionibus soluere possem; cum &
alijs nominibus liberalitas Aureliae Orestillae,

suis,

suis, filiae q. copijs persolueret: sed, quod non di-
gnos homines honore honestatos uidebam; meq.
falsa suspitione alienatū esse sentiebam. hoc nomi-
ne satis honestas pro meo casu p̄p̄ reliquae digni-
tatis conseruandae sum secutus. Plura cum scribe-
re uellem, nunciatum est mihi uim parari. nunc O-
restillam tibi commendo, tuae q. fidei trado. eam
ab iniuria defendas, per liberos tuos rogatus, aue-
to. Sed ipse, paucos dies commoratus apud C.
Flaminium in agro Rheatino, dum ciuitatem ante-
a sollicitatam armis exornat, cū fascibus, atque
alijs imperij insignibus in castra ad Manilium con-
tendit. Haec ubi Romae comperta sunt; senatus
Catilinam, et Malium hostes iudicat; ceterae mul-
titudini diem statuit, antequam liceret sine frau-
de ab armis discedere, praeter rerum capitalium
condemnatis. praeterea, decernit, uti consules de-
lectum habeant; Antonius cum exercitu Catili-
nam persequi maturet; Cicero urbi praefidio sit.
Ea tempestate mihi imperium populi R. multo
maxime miserabile nisum est: cui cum ad occasum
ab ortu solis omnia domita armis parerent; do-
mi otium, atque diuitiae, quae prima mortales pu-
tant, affluerent; fuere tamen ciues, qui seque-
remq. publicam obstinatis animis perditum irēt.
namque, duobus senati decretis, extat multitu-
dine neque praemio inductis coniurationem pa-
tificerat, neque ex castris Catilinae quisquam o-
mnium discesserat. tanta uis morbi, atque uti ta-

bes plerosque ciuium animos inuaserat . neque solum illis aliena mens erat , qui consciij coniuratio- nis fuerant ; sed omnino cuncta plebes , nouarum rerum studio , Catilinae incepta probabat . id adeo more suo uidebatur facere . nam semper in ciuitate , quibus opes nullae sunt , bonis inuident , malos extollunt ; uetera odere , noua exoptant ; odio sua- rum rerum mutari omnia student ; turba , atque se ditionibus sine cura aluntur ; quoniam egestas fa- cile habetur sine damno . sed urbana plebes ea uero praeceps erat multis de caussis . primum omnium , qui ubique probro , atque petulantia maxime praefabant , item aliij , per dedecora , patrimonij amissis , postremo omnes , quos flagitium , aut fa- cinus domo expulerat , hi Romam , sicuti in senti- nam , confluxerant . deinde multi , memores Syl- lanae uictoriae , quod ex gregarijs militibus alios senatores uidebant , alios ita diuites , ut regio ui- etu , atque cultu aetatem age rent , sibi quisque , si uictoria in armis foret , talia sperabat . praeterea , iuuetus , quae in agris manuum mercede inopiam tolerauerat , priuatis , atque publicis largitioni- bus excita , urbanum otium ingrato labori praem- lerat . eos , atque alios omnes malum publicum alebat . quo minus mirandum est , homines egentes , malis moribus , maxima spe , reip . iuxta ac sibi consuluisse . praeterea , quorum uictoria Syllae , parentes proscripti , bona erepta , ius libertatis imminutum erat , haud sane alio animo belli eu-

tum

tum exspectabant . ad hoc , quicunque aliarum , at que senatus , partium erant , conturbari remp . quam minus ualere ipsi , malebant . id adeo malum multos post annos in ciuitatem reuerterat . nam , postquam Cn . Pompeio , & M . Crasso cos . tribu- nica potestas restituta est ; homines adolescentes , summam potestatē natī , quibus aetas , animusq . ferox erat , coepere , senatum criminando , plebem exagitare ; deinde , largiendo , atque pollicitando magis incendere ; ita ipsi clari , potentesq . fieri . contra eos summa ope nitebatur pleraque nobili- tas senatus , specie reip . pro sua magnitudine . namque , uti paucis uerum absoluam , per il- la tempora quicunque remp . agitauere , honestis nominibus , aliij , sicuti iura populi defenderent , pars , quo senatus auctoritas maxima foret , bo- num publicum simulantes , pro sua quisque po- tentia certabat : neque illis modestia , neque mo- dus contentionis erat : utique uictoriam crudeliter exercebant . sed , postquam Cn . Pompeius ad bel- lum maritimum , atque Mithridaticum missus est ; plebis opes imminutae ; paucorum potentia cre- uit . hi magistratus , provincias , aliaq . omnia te- nere : ipsi innoxij , florentes , sine metu aetatem a- gere , ceterosq . iudicijs terrere , quo plebem in magistratu placidius tractarent . sed , ubi primū , dubijs rebus nouandis , spes oblata est ; netus cer- tamen animos eorum arrexit . quod si primo proe- lio Catilina superior , aut aequa manu discessisset :

D 3

profe-

profecto magna clades, atque calamitas remp. op
pressisset: neque illis, qui uictoriarii adepti forent,
diutius ea uti licuisset; quin, defessis, & exsan-
guibus, qui plus posset, imperium, atque liberta-
tem extorqueret. Fuere tamen extra coniuratio-
nem complures, qui ad Catilinam initio profecti
sunt. in his erat Fulvius, senatoris filius: quem
retractum ex itinere parens necari iussit. Iisdem
temporibus Romae Lentulus, sicuti Catilina prae-
ceperat, quoscunque moribus, aut fortuna nouis
rebus idoneos credebat, aut per se, aut per alios
solicitabat; neque solum ciues, sed cuiusque modi
genus hominum, quod modo usui bello foret. igi-
tur P. Vmbreno cuidam negotium dat, uti lega-
tos. Allobrogum requirat; cosque, si possit, impel-
lat ad societatem belli; existimans publice, priua-
timq. aere alieno oppressos; praterca, quod na-
tura Gallica gens bellicosa esset, facile eos ad tale
consilium adduci posse. Vmbrenus, quod in Gal-
lia negotiatus erat, plerisque principibus ciuitatis
notus erat, atque eos nouerat: itaque sine mora,
ubi primum legatos in foro conspexit, percuncta-
tus paucis de statu ciuitatis, & quasi dolens eius
casum, requirere coepit, quem exitum tantis malis
sperarent. postquam illos uidet queri de auari-
tia magistratum, accusare senatum, quod in eo
auxiliū nihil esset; miserijs suis remedium mortem
exspectare: At ego, inquit, uobis, si modo uiri es-
se uultis, rationem ostendam, qua tanta mala ista
effu-

effugiat. Haec ubi dixit; Allobroges, in maxi-
mam spem adduisti, Vmbrenum orare, ut sui mi-
sereretur: nihil tam afferum, neque tam difficile
esse, quin cupidissime facturi essent; dum ea res ci-
uitatem aere alieno liberaret. Ille eos in domum
D. Brutii perducit; quod foro propinquia erat, ne-
que aliena consilij propter Semproniam, nam tum
Brutus ab Roma aberat. praeterea Gabinium ar-
cessit; quo maior auctoritas sermoni inesset. eō
praesente coniurationem aperit: nominat socios,
praeterea multos cuiusque generis innoxios; quo
legatis animus amplior esset: deinde eos, polli-
citos operam suam, dormum dimittit. Sed Allo-
broges diu in incerto habuere, quidnam consilij ca-
perent. in altera parte erat aes alienum, studium
belli, magna merces in spe uictoriae. at in altera
maiores opes, tuta consilia, pro incerta spe certa
praemia. haec illis uoluentibus, tandem uicit for-
tuna reip. itaque Q. Fabio Sangae, cuius patroci-
nio plurimum ciuitas utebatur, rem omnem, uti
cognoverant, aperiunt. Cicero, per Sangam consi-
lio cognito, legatis praecipit, ut studium coniura-
tionis uehementer simulent; ceteros adeant; bene
polliceantur; dentq. operam, uti eos quammaxi-
mem manifestos habeant. Iisdem fere tempori-
bus, in Gallia citeriore, atque ulteriore, item in
agro Piceno, Brutio, Apulia motus erat. nam-
que illi, quos ante Catilina dimiserat, inconsulte,
ac uoluti per dementiam, cuncta simul agebant:

nocturnis consiliis, armorum, atque telorum portationibus, festinando, agitando omnia, plus timoris, quam periculi effecerant. ex eo numero cōplures Q. Metellus Celer praetor, ex S.C. causa cognita, in vincula coniecerat. item in citeriore Gallia C. Murena, qui ei prouinciae legatus praeerat. At Romae Lentulus cum ceteris, qui principes coniurationis erant, paratis, ut uidebatur, magnis copijs, constituerat, uti, cum Catilina in agrum Faesulanum cum exercitu uenisset, L. Bestia tribunus pl. concione habita, quereretur de actionibus Ciceronis, belliq. grauiissimi inuidiam optimo consuli imponebat; eo signo, proxima nocte cetera multitudo coniurationis suum quisque negotium exsequeretur. sed ea diuisa hoc modo dicebantur: Statilius, & Gabinius uti cum magna manu duodecim simul opportuna loca urbis incenderent; quo tumultu facilior aditus ad consulem, ceterosque, quibus infidiae parabantur, fieret; Cethegus Ciceronis ianuam obſideret, eumq. ut aggredieretur, alius autem alium; sed filij familiarum, quorum ex nobilitate maxima pars erat, parentes interficerent; simul, caede, & incendio perculsis omnibus, ad Catilinam erumperent. Inter haec parata, atque decreta, Cethegus semper querebatur de ignavia sociorum: illos, dubitando, & dies prolatando, magnas opportunitates corrumpere: factō, non consulto, in tali periculo opus esse: sēque, si pauci adiuuarent, languentibus

tibus alijs, impetum in curiam fakturum. natura ferox, uehemens, manu promptus erat: maximum bonum in celeritate putabat. Sed Allobroges ex pracepto Ciceronis per Gabiniū ceteros conueniunt: ab Lentulo, Cethego, Statile, item Cassio postulant insurandum, quod signatum ad ciues perferant: aliter haud facile eos ad tantum negotium impelli posse. ceteri nihil sufficentes dant. Cassius semet eo breui uenturum pollicetur, ac paullo ante legatos ex urbe proficietur. Lentulus cum his P. Vulturtium quemdam Crotoniensem mittit: ut Allobroges, prius quam domum pergerent, cum Catilina, data, atque accepta fide, societatem confirmarent. ipse Vulturtio litteras ad Catilinam dat: quarum exemplum infra scriptum est. Qui sim, ex eo, quem ad te misi, cognosces. fac cogites, in quam a calamitate sis: & memineris, te uirum esse: consideres, quid tuae rationes postulent: auxilium petas ab omnibus, etiam ab infimis. Ad hoc, manda uerbis dat: cum ab senatu hostis indicatus sit, quo consilio seruitia repudiet: in urbe parata esse, quae iussit: ne cunctetur ipse proprius accedere. His rebus ita attis, constituta nocte, qua proficerentur, Cicero, per legatos cuncta edocitus, L. Valerio Flacco, & C. Pomptinio praetoribus imperat, ut in ponte Milvio per infidias Allobrogū comitatus deprehendant: rem omnem aperit, cuius rei gratia mittebantur: cetera, uti factō opus sit,

fit, ita agant, permittit illis . homines militares, sine tumultu praesidijs collocatis, sicuti praecepit erat, occulte pontem obsident . postquam ad id loci legati cum Vulturtio uenerunt ; & simul utrinque clamor exortus est : Galli, cito cognito consilio, sine mora praetoribus se tradunt. Vulturtius primo, cohortatus ceteros, gladio se a multitudine defendit ; deinde, ubi a legatis desertus est, multa prius de salute sua Pompitiū obtulatus, quod ei notus erat, postremo timidus, ac uitae difidens, uelut bestibus, se praetoribus dedit. quibus rebus confectis, omnia propere per nuncios consuli declarantur. At illum ingens cura, atque laetitia simul occupauere . nam laetabatur intelligens, coniuratione patefacta, ciuitatem periculis ereptam esse. porro autem anxius erat, dubitans, in maximo scelere tantis ciuibus deprehēsis, quid factō opus esset. poenam illorum sibi oneri, impunitatem perdundae reip. fore credebat. igitur, confirmato animo, uocari ad se iubet Lentulum, Cethegum, Statilium, Gabinium, itemq. Ceparium Terracinem; qui in Apuliam ad concitanda seruitia proficiisci parabat. ceteri sine mora ueniunt: Ceparius, paullo ante domo egreditus, cognito indicio, ex urbe profugerat. consul Lentulum, quod praeator erat, ipse manutenus in senatum perducit; reliquos cum custodiis in academ Concordiae uenire iubet. cō senatum aduocat; magnaq. frequentia eius ordinis, Vulturtium cū legatis

legatis introducit; Flaccum praetorem scrinium cum litteris, quas a legatis acceperat, eodem afferre iubet. Vulturtius, interrogatus de itinere, de litteris, postremo quid, aut qua de causa, cōsiliū habuisse, primo fingere alia omnia, dissimulare de coniuratione; post, ubi se publica dicere iussus est, omnia, uti gesta erant, aperit; docet q., se paucis ante diebus a Gabinio, et Cepario socium accitum: nihil amplius scire, quam legatos: tantummodo audire solitum ex Gabinio, P. Autronium, Ser. Syllam, L. Vargunteium, multos praeterea in ea coniuratione esse. eadem Galli fatentur. At Lentulum dissimularem coarguunt, praeter litteras, sermonibus, quos ille habere solitus erat: ex libris Sibyllinis, regnum Romae tribus Cornelij portendi: Cinnam, atque Syllam antea, se tertium esse, cui fatum foret urbis potiri: praeterea, ab incenso Capitolio illum esse uigesimum annum, quem saepe ex prodigijs aruspices respōdissent bello ciuiti cruentum fore. Igitur, perlectis litteris, cum prius omnes signa sua cognouissent, senatus decernit, uti, abdicato magistratu, Lentulus, itemq. ceteri in liberis custodijs habeantur. itaque Lentulus P. Lentulo Spintheri, qui tum aedilis erat, Cethagus Q. Cornificio, Statilius C. Caevari, Gabinius M. Crasso, Ceparius (nam is paullo ante ex fuga retractus erat) Cn. Terentio senatori traduntur. Interea plebs, coniuratione patefacta, quae primo cupida nouarum rerum nimis bello

bello fauebat, mutata mente Catilinae consilia ex-
securari, Ciceronem ad caelum tollere; veluti ex-
seruitute erecta, gaudiū, atque laetitia agitabat.
namque alia belli facinora praedae magis, quād
detramento, fore, incendium uero crudele, immo-
deratum, ac sibi maxime calamitosum putabat,
quippe cui omnes copiae in usu quotidiano, & cul-
tu corporis erant. Post eum diem quidam L. Tar-
quinius ad senatum adductus erat: quem, ad Ca-
tilinam proficiscēt̄, ex itinere retraſt̄ aie-
bant. is cum se diceret indicaturum de coniura-
tione, si fides publica data esset; iussus a confu-
le, quae sciret, edicere, eadem fere, quae Vul-
turtius, de paratis incendijs, de caede bonorum,
de itinere hostium senatum edocet: praeterea, se-
missum a M. Crasso, qui Catilinae nunciaret, ne
cum Lentulus, & Cethegus, alijsq. ex coniura-
tione deprehensit̄ terrorerent; eoq. magis propera-
ret ad urbem accedere, quo & ceterorum ani-
mos reficeret, & illi facilius e periculo eriperen-
tur. Sed, ubi Tarquinius Crassum nominauit, ho-
minem nobilem, maximis dinitijs, summa poten-
tia; alijs rem incredibilem rati; pars, tametsi ue-
rum existimabant, tamen, quia in tali tempore
tamta uis hominis magis leniunda, quād exagi-
tanda, uidebatur, plerique Crasso ex priuatis ne-
gotijs obnoxij, conclamant, indicem falsum esse;
deq. ea re postulant uti referatur. itaque, con-
fuscente Cicerone, frequens senatus decernit, Tar-
quinij

quiniū indicium falsum uideri; eumq. in uinculis
retinendum; neque amplius potestatem faciun-
dam, nisi de eo indicaret, cuius consilio tamtam
rem eset mentitus. Erant eo tempore, qui exi-
stimarent, indicium illud a P. Autronio machi-
natū; quo facilius, appellato Craſo, per socie-
tatem periculi reliquos illius potentia tegeret. a-
lij, Tarquinium immisum a Cicerone, aiebant;
ne Craſsus, more suo suscepto malorum patroci-
nio, remp. conturbaret. ipsum Crassum ego po-
stea praedicantem audiui, tamtam illam contume-
liam sibi ab Cicerone impositam. Sed iſdem tem-
poribus Q. Catulus, & Cn. Piso neque preci-
bus, neque gratia, neque praetio Ciceronem im-
pellere potuere, uti per Allobroges, aut per alium
indicem C. Caesar falso nominaretur. nam uterque
cum illo graues inimicitias exercebant; Piso,
oppugnatus in iudicio repetundarum, propter
cuiusdam transpadani supplicium iniustum; Ca-
tulus, ex petitione pontificatus odio incensus;
quod, extrema actate, maximis honoribus usus,
ab adolescentulo Caesare uictus discesserat. res au-
tem opportuna uidebatur; quod is, priuatim egre-
gia liberalitate, publice maximis muneribus,
grandem pecuniam debebat. sed, ubi consulem ad
tamtam facinus impellere nequeunt, ipsi, sigil-
latim circueundo, atque ementiendo quae se ex
Vulturio, aut Allobrogibus audisse dicerent,
magnum illi iniuidiam conflucent; usque eo, ut
non

non nulli equites R. qui praefidijs caussa cum telis erat circu aedem Concordiae, seu periculi magnitudine, seu animi mobilitate impulsi, quo studium suum in remp. clarius esset, egredienti ex senatu Caesari gladio minitarentur. Dum haec in senatu aguntur; & du legatis Allobrogum, & T. Vulturio, comprobato eorum indicio, praemia decernuntur: libertini, & pauci ex clientibus Len tuli, diuersis itineribus, opifices, atque seruitia in uiciis ad eum eripiendum solicitabant: partim exquirebant duces multitudinum, qui pretio rep. uexare soliti erant. Cethagus autem per nuncios familiam, atque libertos suos, lectos, & exercitatos in audaciam, orabat, ut, grege facto, cum telis ad se irrumperent. Consul, ubi ea parari cognovit, dispositis praefidijs, utires, atque tempus monebat, conuocato senatu refert, quid de ijs fieri placeat, qui in custodijs traditi erant. sed eos paullo ante frequens senatus iudicauerat contra remp. fecisse. tum L. Iunius Silanus, primus sententiam rogatus, quod eo tempore consul designatus erat, de ijs qui in custodijs tenebantur, & praeterea de L. Cassio, P. Furio, P. Vmbreno, Q. Annio, si deprehensi forent, supplicium sumendum decreuerat: is q. postea, permotus oratione C. Caesaris, pedibus in sententiam Ti. Neronis iturum se dixerat; qui de ea re, praefidijs ad ditis, referendum censuerat. sed Caesar, ubi ad eum uentum est, rogatus sententiam a consule, huic-

huiuscmodi uerba locutus est. Omnes homines P. C. qui de rebus dubijs consultant, ab odio, amicitia, ira, atque misericordia uacuos esse decet, haud facile animus uerorum prouidet, ubi illa officiunt; neque quisquam omnium libidini simul & usui paruit. ubi intenderis ingenium; ualet. si libido possidet; ea dominatur; animus nihil ualet. magna mihi copia est memorandi P. C. qui reges, aut qui populi, ira, aut misericordia impulsi, male consuluerint: sed ea malo dicere, quae maiores nostri contra libidinem animi sui, recte, atque ordine fecere. Bello Macedonico, quod cum rege Perseae gessimus, Rhodiorum ciuitas, magna, atque magnifica, quae populi R. opibus creuerat, infida, atque aduersa nobis fuit: sed postquam, bello confecto, de Rhodijs consultum est; maiores nostri, ne quis diuinitarum magis, quam iniuriae caussa bellum incepturn diceret, impunitos eos dimisere. Item, bellis Punicis omnibus, cum saepe Carthaginenses & in pace, & per inducias multa nefaria facinora fecissent, numquam ipsi per occasionem talia fecere: magis, quod se dignum foret, quam quod in illos iure fieri posset, quaerebant. Hoc item uobis prouidendum est P. C. ne plus apud uos ualeat P. Lentuli; & ceterorum scelus, quam uestra dignitas; neu magis irae uestrae, quam famae, consulatis. nam si digna poena profactis eorum reperitur: nouum consilium approbo. si magnitudo sceleris omnium ingenia exasperat:

C O N I V R A T I O

perat: ijs utendum censeo, quae legibus compara-ta sunt. Plerique eorum, qui ante me sententias dixerunt, composite, atque magnifice casum reip. miserati sunt: quae belli saecutia esset, quae uitios acciderent, enumerauerit: rapi uirgines, pueros: diueli liberos a parentum complexu: matres familiarum pati, quae uictoribus collibuisserint: fana, atque domos spoliari: caedem, incendia fieri: postremo armis, cadaueribus, cruore, atque luctu omnia compleeri. sed, per deos immortales, quod illa oratio pertinuit? an, uti uos infestos coniurationi faceret? scilicet, quem restamta, atque tam atrox non permouit, eum oratio accendet. non ita est: neque cuiquam mortalium iniuriae suae paruae uidentur: multi eas granius aequo habuerunt. sed alijs alia licentia est, P.C. qui demissi in obscuru uitam agunt, si quid iracundia deliquerent; pauciscient; fama, atque fortuna eorum pares sunt: qui, magno imperio praediti, in excelsu aetatem agunt; eorum facta cuncti mortales nouere. ita in maxima fortuna minima licentia est. neque stude-re, neque odisse, sed minime irasci decet. quae apud alios iracundia dicitur, eam in imperio superbia, atque crudelitas appellatur. Evidem ego sic existimo P.C. omnes cruciatu minores, quam facinora illorum, esse. sed plerique mortales postrema meminere, et in hominibus impiorum, sceleris eorum oblitii, de poena differunt, si ea paullo saeuior fuerit. D. Silanum, uirum fortem, atque strenuum, certo scio,

C A T I L I N A E.

21

scio, quae dixerit, studio reip. dixisse, neque il-lum in tanta re gratiam, aut inimicitias exerce-re. eos mores, eamq. modestiam uiri cognoui. ne rum sententia eius mihi non crudelis, (quid enim in tales homines crudele fieri potest?) sed aliena a rep. nostra uideretur. nam profecto aut metus, aut iniuriae subegit, Silane, consulē designatū, genus poenae nouū decernere. de timore, super-nacaneum est differere; cum praesertim, diligentia clarissimi uiri consulis, tanta praesidia sint in ar-mis. de poena, possum equidem dicere id, quod res habet; in luctu, atque miserijs, mortem aeru-mnarum requiem, non cruciatum, esse; eam cum etia mortalium mala dissoluere; ultra neque cu-rare, neque gaudio locum esse. sed, per deos im-mortales, quamobrem in sententiam non addidi-sti, uti prius uerberibus in eo animaduerteretur? an, quia lex Porcia uotat? at aliae leges item con-demnatis ciuibus non animam eripi, sed exsilitum permitti iubent. an, quia granius est uerberari, quam necari? quid aut acerbum, aut nimis graue est in homines: anti facinoris coniuctos? Jam, quia leuius est: qui conuenit in minore negotio le-gem timere, cum eam in maiore neglexeris? At enim quis reprehendet, quod in parricidas reip. decretum erit? tempus, dies, fortunā; cuius li-bido gemitibus moderatur. illis merito accidet, quid quid enenerit: ceterum uos P. C. quid in alios sta-tuatis, considerate. omnia mala exempla ex bo-nis

E nis

nis initij orta sunt: sed, ubi imperium ad ignaros ciues, aut minus bonos peruenit; nonum illud exemplū ab dignis, & idoneis ad indignos, et non idoneos trāsfertur. Lacedaemonij, deniq̄ Athēnienibus, triginta uiros imposuere, qui remp. eorum tractaret. hi primo coepere pessimum quemque, & omnibus iniuisis indemnatum necare. ea populus lactari, & merito dicere fieri. post, ubi paullatim licentia creuit, iuxta bonos & malos libidinose interficere, ceteros metu terrere. ita ciuitas, seruitute oppressa, stultae laetitiae graues poenas dedit. Nostra memoria uictor Sylla, cum Damasippum, et alios eiusmodi, qui malo reip. creuerant, ingulari iussit; quis non factum eius lundabat? homines scelestos, factiosos, qui seditionibus remp. exagitauerant, merito necatos aiebant. sed ea res magnae initium cladis fuit. nam, uti quisque aut domum, aut uillam, postremo uas, aut uestimentum alicuius concipiuerat; dabato peram, uti is in proscriptorum numero esset. ita illi, quibus Damasippi mors lactitiae fuerat, paullo post ipsi trahebantur: neque prius finis ingulandi fuit, quam Sylla omnes suos diuitij expletuit. Atque ego hoc non in M. Tullio, neque his temporibus uereor. sed in magna ciuitate multa, & uaria ingenia sunt. potest alio tempore, alio consule, cui item exercitus in manu sit, falsum aliquid pro uero credi. ubi hoc exemplo, per senatus decretum, gladium consul eduxerit; quis illi finem

nem statuet, aut quis moderabitur? Maiores nostri P. C. neque consilij, neque audaciae umquam egere: neque illis superbia obstabat, quo minus aliena instituta, si modo proba erant, imitarentur. arma atque tela militaria ab Samnitibus, insignia magistratum ab Tuscis pleraque sumpserunt: postremo, quod ubique apud socios, aut hostes idoneum uidebatur, cum summo studio domi exequabantur. imitari, quam inuidere bonis, malebant. sed eodem illo tempore, Graeciae morem imitati, uerberibus animaduertebant in ciues, de condemnatis summum supplicium sumebat. postquam resp. adoleuit; & multitudine ciuium factiones ualuerere; circumueniri innocentes, alia huiscemodi fieri coepere: tunc lex Porcia, aliaeque leges paratae sunt; quibus legibus exsilium damnatis permisum est. Hanc ego caussam P. C. quo minus nouum consilium capiamus, in primis magnam puto. Profecto uirtus, atque sapientia maior in illis fuit, qui ex paruis opibus tam tum imperium fecere, quam in nobis, qui ea bene parta uix retinemus. Placet igitur eos dimitti, & auergeri exercitum Catilinae? minime: sed ita censeo: publicandas eorum pecunias; ipsos in vinculis habendos per municipia, quae maxime opibus ualent: neu quis de his postea ad senatum referat, ne ueue cum populo agat: qui aliter fecerit, senatum existimare, eum contra remp. & salutem omnium facturum. Postquam Caesar dicendi sine me

cit; ceteri uerbo, aliis alij uarie assentiebantur. at M. Porcius Cato, rogatus sententiā, huiuscmodi orationem habuit. Longe mihi alia mens est P. C. cum res, atque pericula nostra considero, & cum sententias non nullorum ipse mecum reputo. illi mihi differuisse uidentur de poena eorum, qui patriae, parentibus, aris, atque focis suis bellum parauere, res autem monet, cauere ab illis magis, quam, quid in illos statuamus, consultare. nam cetera maleficia tum persequare, ubi facta sunt: hoc, nisi prouideris, ne accidat; ubi euenit, frustra iudicia implores. capta urbe, nihil reliquit fit uictis. sed, per deos immortales, (uos ego appello, qui semper domos, uillas, signa, tabulas uestras pluris, quam remp. fecistis) si ista, cuiuscumque modi sint, quae amplexamini, retinere, si uoluptatibus uestris otium praebere uultis: expurgiscimini aliquando, & capessite remp. non agitur de uectigalibus, neque de sociorum iniurijs: libertas, & anima nostra in dubio est. saepenumero P. C. multa uerba in hoc ordine feci: saepe de luxuria, atque auaritia nostrorum ciuium questus sum; multosq. mortales ob eam caussam aduersos habeo. qui mihi, atque animo meo nullius umquam delicti gratiam fecisset, haud facile alterius libidini malefacta condonabam. sed, ea tametsi uos paruipendebatis: tamen resp. firma erat: opulentia negligentiam tolerabat. nunc uero non id agitur, bonis ne, an malis

moribus uiuamus; neque, quantum, aut quam magnificum imperium populi R. sit; sed, cuius haec cūque modi uidentur, nostra, an, nobiscum una, hostium futura sint. Hic mihi quisquam man suetudinem, & misericordiam nominat? iam pri dem equidem nos uera rerum uocabula amisimus. quia, bona aliena largiri, liberalitas; malarum rerum audacia, fortitudo uocatur; eo resp. in extremitate est. sint sane, quoniam ita se mores habent, liberales ex sociorum fortunis: sint misericordes in furibus aerarij: ne illi sanguinē nostrum largiantur; & dum paucis scelestis parcunt, bonos omnes perditum erant. Bene, & composite C. Caesar paullo ante in hoc ordine de uita, et morte disse ruit, credo falsa existimans ea, quae de inferis memorantur; diuerso itinere malos a bonis loca tae tra, inculta, foeda, atque formidolosa habere. itaque censuit, pecunias eorum publicandas, ipsos per municipia in custodijs habendos, uidelicet timens, ne, si Romae sint, aut a popularibus coniurationis, aut a multititudine conducta, per nim eripiantur. quasi uero mali, atque scelesti tātum modo in urbe, & non per totam Italiā sint; aut non ibi plus possit audacia, ubi ad defendendum opes minores sunt. quare uanum equidem hoc consilium est, si periculum ex illis metuit. sin in tamto omnium metu solus non timet: eo magis respert, me mihi, atque uobis timere. Quae de P. Lentulo, ceterisq. statuetis; pro certo habetote, uos si

mul de exercitu Catilinae, & de omnibus coniunctis decernere. quamvis nos attentius ea ageris; & to illis animus insirmior erit. si paullulum modo uos languere uiderint; iam omnes feroes aderunt. Nolite existimare, maiores nostros armis remp. ex parua magnam fecisse. si ita res esset; multo pulcherrimam eam nos haberemus. quippe socrorum, atque ciuitum, praeterea armorum, atque equorum maior nobis copia, quam illis, est. sed alia fuere, quae illos magnos fecere; quae nobis nulla sunt; domi industria, foris iustum imperium; animus in consulendo liber, neque delicto, neque libidini obnoxius. pro his nos habemus luxuriam, atque auaritiam, publice egescatem, priuatim opulentiam: laudamus dinitias, sequimur inertiam: inter bonos & malos nullum discriminem est; omnia uirtutis praemia ambitio possidet. neque mirum; ubi nos separatim sibi quisque consiliū capitis; ubi domi uoluptatibus, hic pecuniae, aut gratiae seruit. eo sit, ut impetus fiat in vacuam remp. Sed ego haec omitto. Coniurancere nobilissimi ciues patriam incenderē: Gallorum gentem, infestissimam Romano nomini, ad bellum accersunt: dux hostium cum exercitu supra caput est: uos cunctamini etiam nunc? & dubitatis, quid, intra moenia deprehensis hostibus, faciat? misereamini, censeo: deliquerere homines adolescentuli per ambitionem: atque etiam armatos dimittatis. nac ista uobis mansuetudo, & misericordia, si illi

illi arma ceperint, in miseriam uertet. Scilicet res ipsa aspera est; sed nos non timetis eam. immo uero maxime; sed inertia, & mollitia animi, aliis alium expectantes, cunctamini; uidelicet diis immortalibus confisi, qui hanc remp. in maximis saepe periculis seruauere. non uotis, neque supplicijs muliebribus auxilia deorum paranatur. uigilando, agendo, bene consulendo, prospere omnia cedit. ubi socordiae tete, atque ignaviae tradideris; nequidquam deos implores. irati, in festiq. sunt. Apud maiores nostros A. Manlius Torquatus bello Gallico filium suum, quod is contra imperium in hostem pugnauerat, necari iussit. atque ille egregius adolescens immoderatae fortitudinis morte poenas dedit. uos, de crudelissimis parricidis quid statuatis, cunctamini? uidelicet certera uita eorum huic sceleri obstat. uerum parcite dignitati Lentuli, si ipse pudicitiae, si famae suae, si diis, aut hominibus umquam ullis pepercit. ignoscite Cethegi adolescentiae, nisi iterū iam patriae bellum fecit. nam quid ego de Gabinio, Statio, Cepario loquar? quibus si quidquam pensi umquam fuisse, non ea consilia de rep. habuissent. postremo P. C. si mehercle peccato locus esset; facile paterer uos ipsa re corrigi, quoniam uerba mea contentinitis: sed undique circumuenti sumus: Catilina cum exercitu in fauibus urget: aliij intra moenia, atque in sinu urbis sunt hostes: neque parari, neque consuli quidquam potest occulte. quo magis

properandum est. Quare ita censeo: cum nefario consilio sceleratorum ciuium resp. in maxima pericula uenerit; hiq. indicio T. Vulturij, & legato rum Allobrogum conuicti, confessiq. sint, caedē, incendia, aliaq. foeda, atque crudelia facinora in ciues, patriamq. parauisse; de confessis, sicuti de manifestis rerum capitalium, more maiorum supplicium sumendum. Postquam Cato assedit; consulares omnes, itemq. senatus magna pars, sententiam eius laudant, uirtutem animi ad caelum ferunt: alijs alios, increpantes, timidos uocant: Cato magnus, atque clarus habet: senatus decretum fit, sicuti ille censuerat. Sed mibi, multa legenti, multa audiensi, quae populus R. domi, militiae&q., mari, atque terra praeclarafacinora fecit, forte libuit attendere, quae res maxime tanta negotia sustinuisse. Sciebam, saepenumero parua manu cum magnis legionibus hostiū contendisse: cognoveram, paruis copijs bella gesta cum opulentis regibus: ad hoc, saepe fortunae violentiam tolerauisse: facundia Graecos, gloria belli Gallos Romanos antefuisse. ac mihi, multa agitanti, constabat, paucorum ciuium egregiam uirtutem cuncta patrauisse; eoq. factum, uti diuitias paupertas, multitudinem paucitas superaret. sed, postquam luxu, atque desidia ciuitas corrupta est; rursus resp. magnitudine sua imperatorum, atque magistratum uitia sustentabat; ac, ueluti iroeta parente, multis tempestatisibus hand

sane

sane quisquam Romae uirtute magnus fuit. sed, memoria mea, ingenti uirtute, diuersis moribus fuere viri duo, M. Cato, & C. Caesar: quos quoniam res obtulerat, silentio praeterire non fuit consilium, quin utriusque naturam, & mores, quantum ingenio possem, aperirem. Igitur his genus, aetas, eloquentia prope aequalia fuere: magnitudo animi par, item gloria: sed alia alijs. Caesar beneficijs, ac munificentia magnus habebatur: integritate uitiae Cato. ille mansuetudine, & misericordia clarus factus: huic severitas dignitatem addiderat. Caesar, dando, subleuando, ignoscendo; Cato, nihil largiendo, gloriam adeptus est. in altero miseris perfugium erat, in altero malis pernicies. illius facilitas, huius constantia laudabatur. postremo Caesar in animum induxit, laborare, uigilare; negotijs amicorum intentus, sua negligere; nihil denegare, quod dono dignum esset; sibi magnum imperium, exercitum, nouum bellum exoptabat, ubi uirtus enitescere posset. at Catoni studium modestiae, & decoris, sed maxime severitatis erat, non dinitijs cum diuite, nec factiōne cum factioso, sed cum strenuo uirtute, cum modesto pudore, cum innocentia abstinentia certabat: esse, quād uideri, bonus malebat: ita, quo minus gloriam petebat, eo magis illam adsequebatur. Postquam, uti dixi, senatus in Catonis sententiam discessit; consul optimum facturatus, noctem, quae instabat, ante capere,

pere , ne quid eo spatio nouaretur , trium viros ,
que ad supplicium postulabat , parare iubet : ip-
se , dispositis praesidijs , Lentulum in carcerem de-
ducit : ceteris idem fit per praetores . Est locus in
carcere , quod Tullianum appellatur , ubi paullum
ascenderis ad laeuanam , circiter XII pedes hu-
mi depressus . cum muniunt undique parietes , at
que insuper camera lapideis fornicibus iuncta ; sed
inculta tenebris , odore foeda , atque terribilis eius
facies est . in eum locum postquam demissus est
Lentulus ; iudices rerum capitalium , quibus pra-
ceptum erat , laqueo gulam fregere . ita ille patri-
cius , ex gente clarissima Corneliorum , qui consi-
lare imperium Romae habuerat , dignū moribus ,
factisq. suis exitum uitæ inuenit . de Cethego , Sta-
tilio , Gabino , Cepario eodem modo supplicium
sumptum est . Dum ea Romæ geruntur , Catilina
ex omni copia , quam & ipse adduxerat , & Mai-
lius habuerat , duas legiones instituit , cohortes
pro numero militum complet : deinde , ut quisque
uoluntarius , aut ex socijs in castra uenirat , aequa
liter distribuerat , ac breui spatio legiones nume-
ro horumque compleuerat ; cum initio non amplius
duobus millibus habuisset . sed ex omni copia circa
ter pars quarta erat militaribus armis instructa:
ceteri , ut quemque casus armauerat , sparsos , aut
lanceas , alij præacutæ fides portare : sed post-
quam Antonius cum exercitu aduentabat ; Catili-
na per montes iter facere ; modo ad urbem , mo-

do in Gallia uersus castra mouere ; hostibus occasio
nem pugnandi non dare . sperabat , propediem ma-
gnas copias se habiturum , si Romæ sœcijs incepta
patrauissent : interea seruitia repudiabat , cuius
initio ad eū magnae copiae concurrebant , opibus
coniurationis fretus , simul alienum suis rationi-
bus exstimas , uideri caussam ciuium cum seruis
fugiuiis communicasse . sed , postquam in castra
nuncius peruenit , Romae coniurationem patefa-
stam , de Lentulo , & Cethego , ceterisque , quos
supra memoraui , supplicium sumptum : plerique ,
quos ad bellum spes rapinarum , aut nouarum re-
rum studium illexerat , dilabuntur : reliquos Catil-
ina per montes asperos magnis itineribus in a-
grum Pistoriensem abducit , eo consilio , uti per
tramites occulte profugeret in Galliam transal-
pinam . at Q. Metellus Celer cum tribus-legioni-
bus in agro Piceno praesidebat , ex difficultate re-
rum eadem illa exstimas , quae supra diximus ,
Catilinam agitare . igitur , ubi iter eius ex perfu-
gis cognouit , castra propere mouit , ac sub ipsis
radicibus montium confedit : quā illi descensus erat
in Galliam properanti neque tamen Antonius
procū aberat , utpote qui magno exercitu locis
aequioribus expeditos in fugam sequeretur . Sed
Catilina , postquam uidet montibus , atque copijs
hostium seū clausum ; in urbe res aduersas ; neque
fugae , neque praesidijs ullam spem ; optimum factu-
ratus , in tali re fortunam belli tentare , statuit
cum

cum Antonio quamprimum configere: itaque, concione aduocata, huiscemodi orationem habent. Compertum ego habeo, milites, uerba uirtutem non addere, neque ex ignauo strenuum, neque fortem ex timido exercitum oratione imperatoris fieri. quanta cuiusque animo audacia natura, aut moribus inest, tam in bello patet. quem neque gloria, neque pericula excitant, nequidquam hortere. timor animi auribus officit. sed ego uos, quo pauca monerem, aduocui, simul uti causam mei consilij aperirem. Scitis equidem, milites, socordia, atque ignauia Letuli quatum ipsi, nobisq. cladis attulerit; quoq. modo, dum ex urbe praesidia operior in Galliam profici si nequiverim. nunc uero, quo in loco res nostrae sint, iuxta mecum omnes intelligitis. exercitus hostium duo, unus ab urbe, alter a Gallia obstant: diutius in his locis esse, si maxime animus ferat, frumenti atque aliarum rerum egestas prohibet: quocumque ire placet, ferro iter aperiendum est. Quapropter uos moneo, uti forti, atque parato animo sitis; & cum proelium inhibitis, memineritis, uos diuitias, decus, gloriam, praeterea libertatem, atque patriam in dextris uestris portare. si uincimus: omnia nobis tuta erunt: commetus abunde, municipia, atque coloniae patebunt, sin metu cesserimus: eadem illa aduersa fient: neque locus, neque amicus quisquam teget, quem anima non texerint. Praeterea milites, non eadem nobis,

nobis, & illis necessitudo impendet. nos pro patria, pro libertate, pro uita certamus: illis superuacaneum est pro potentia paucorum pugnare. quo audacius aggredimini, memores pristinae uirtutis. Licuit nobis cum summa turpitudine in exilio aetatem agere. potuistis no nulli Romae, a missis bonis, alienas opes exspectare. quia illa foeda, atque intoleranda uiris uidebatur, haec sequi decreuistis. si haec relinquere uultis; audacia opus est. nemo, nisi uictor, pace bellum mutauit. nam, infuga salutem sperare, cum arma, quieis corpus tegitur, ab hostibus auerteris; ea uero dementia est. semper in proelio ijs maximum est periculum, qui maxime timent: audacia pro mundo habetur. cum uos considero, milites; & cum facta uestra aestimo: magna me spes uictoria ostinet. animus, atas, uirtus uestra me hortantur: praeterea, necessitudo, quae etiam timidos fortes facit. nam, multitudo hostium ne circumuenire queat, prohibent angustiae loci. quod si uirtuti uestrae fortuna inuiditerit: cauete, ne inulti animam amittatis, neu capti potius, sicuti pecora, trucidemini, quam uirorum more pugnantibus, cruentam atque luetuosa uictoriaram hostibus relinquatis. Haec ubi dixit, paullulum commoratus, signa canere iubet; atque instructos ordinis in locum aequum deducit: dein, remotis omnium equis, quo militibus, exaequato periculo, animus amplior esset, ipse pedes exercitum pro loco,

loco , atque copijs instruit . nam , uti planities erat inter sinistros montes , & ab dextera rupe aerea , octo cohortes in fronte constituit ; reliqua signa in subsidij arctius collocat . ab his centuriones omnes lebros , et euocatos , praeterea ex gregariis militibus optimum quemque armatum in primam aciem subducit : C. Manlium in dextra , Faefulanum quemdam in sinistra parte curare iubet : ipse cum liberis , & colonis propter Aquilam adficit : quam bello Cymbrico C. Marius in exercitu habuisse dicebatur . At ex altera parte C. Antonius , pedibus aeger , quod proelio adesse nequibat , M. Petreio legato exercitum permittit . ille cohortes ueteranas , quas tumulti causa conscriperat , in fronte , post eas ceterum exercitum in subsidijs locat . ipse equo circuens , unum quemque nominans , appellat , hortatur , rogat , ut meminerint , se contra latrones inermes , pro patria , pro liberis , pro aris , atque focis suis certare . homo militaris , quod amplius annos xxx tribunus , aut praefectus , aut legatus , aut praetor cum magna gloria in exercitu fuerat , plerosque ipsos , factaque corum fortia nouerat ; ea commemorando , militum animos accendebat . sed , ubi , omnibus rebus exploratis , Petreius tuba signum dat ; cohortes paullatim incedere iubet ; idem facit hostium exercitus . postquam eò uentum est ; unde a fermentariis proelium committi posset ; maximo clamore , infestis signis concurrunt ; pila omittunt;

mittunt ; res gladijs gerityur . ueterani , pristinæ virutis memores , communis acriter inflare : illi haud timidi resistunt : maxima ui certatur . interea Catilina cum expeditis in prima acie uersari : laborantibus succurrere : integros pro faucijs arcessere : omnia prouidere : multum ipse pugnare , saepe hostem ferire : strenui militis , & boni imperatoris officia simul exequebatur . Petreius , ubi uidet Catilinam contra , ac ratus erat , magna ui contendere ; cohortem praetorianam in medios hostes inducit ; eosq. perturbatos , atque alios alibi resistentes , interficit : deinde utrinque ex lateribus ceteros aggreditur . Manlius , & Faefulanus in primis pugnantes cadunt . postquam suæ copias , seq. cum paucis relictum uidet Catilina ; memor generis , atque pristinæ dignitatis suæ , in confertissimos hostes incurrit , ibiq. pugnans confoditur . Sed , confecto proelio , tum uero cerneres quamta audacia , quamtaq. animi uis fuisset in exercitu Catilinæ . nam fere , quem quisque pugnando uiuus locum ceperat , eum , amissa anima , corpore tegebat . pauci autem , quos medios cohors prætoria dissecerat , paucillo diuer sius , sed omnes tamen aduersis uulneribus , considerant . Catilina uero longe a suis inter hostium cadaver repertus est , paullulum etiam adhuc spirans , ferociamq. animi , quam habuerat uiuus , in multu retinens . postremo , ex omni copia , neque in proelio , neque in fuga quisquam ciuis ingenius

C O N I V R A T I O

genius captus est. ita cuncti suae hostiumq. uitae iuxta pepercabant. neque tamen exercitus populi R. laetam, aut incruentiam victoriam adeptus erat. nam strenuissimus quisque aut occiderat in proelio, aut graniter vulneratus discesserat. multi autem, qui e castris uisendi, aut spoliandi gratia processerant, uoluentes hostilia cadauera, amicum alij, pars hospitem, aut cognatum reperiebant. suere item, qui inimicos suos cogno scerent. ita uarie per omnem exercitum lactitia, maeor, luctus, atque gaudium agitabantur.

C. S A L L V S T . I I C R I S P I
D E B E L L O
I V G V R T H I N O .²⁷

A L S O queritur de natura sua genus F humanum; quod imbecilla, atque aeni brevis, sorte potius, quam uirtute, regatur. nam, contra reputando, neque maius aliud, neque praestabilius inuenias; magisq. naturae industria hominum, quam nim, aut tempus deesse. sed dux, atque imperator uitae mortaliū, animus est. qui ubi ad gloriam uirtutis via grassa tur; abunde pollens, potensque, & clarus est, ne que fortunae eget; quippe quae probitatem, industria, ceterasq. bonas artes neque dare, neque eripere cuiquam potest. fin, captus prauis cupidibus, ad inertiam, & uoluptates corporis presumdatus est, pernicioſa libidine paullisper uſus: ubi per foscordiam uires, tempus, ingenium defluxere, naturae infirmitas accusatur: snam quippe culpm actores ad negotia transferunt. quod si hominibus bonarum rerum tanta cura eſſet, quanto studio aliena, ac nihil profutura, multumq. etiam periculosa, petunt: neque regerentur magis casibus, quam regerent casus; & eò magnitudinis procederent, ubi pro mortalibus gloria aeternifuerent. nam uti genus hominum compositum e corpore, & anima eſt: itares cunctae, studiaq. cuncta nostra, corporis alia, alia animi naturam

F sequun-

sequitur. igitur praeclara facies, magnae diuitiae
ad hoc ius corporis, & alia huiuscmodi omni-
breui dilabuntur. at ingenij egregia facinora, si-
cuti anima, immortalia sunt. postremo, corpo-
ris & fortunae bonorum, uti initium, sic finis est
omniaq. orta occidunt, & austæ senescunt. ani-
mus incorruptus, aeternus, rector humani gen-
ris, agit, atque habet cuncta, neque ipse habet
quo magis prauitas eorum admiranda est, qui, ad-
diti corporis gaudijs, per luxum, atque ignauia
aetatem agunt, ceterum ingenium, quo nequen-
tius, neque amplius aliud in natræ mortalitate
est, incultu, atque sordida torpescere sinunt; &
præsertim tam multæ, uariaeque sint artes animi
quibus summa claritudo paratur. Verum ex
magistratus, & imperia, postremo omnis cm-
rerum publicarum, minime mihi hac tempesta
cupienda uidentur: quoniam neque uirtuti boni
datur; neque illi, quibus per fraudem ius fu-
ritique tuti, aut eo magis honesti sunt. nam si
quidem regere patriam, aut parentes, quaque
& possis, & delicta corrigas, tamen importan-
num est; cum præsertim omnes rerum mutationes
caedem, fugam, aliaq. hostilia portendant, fa-
stra autem niti, neque aliud, se fatigando, nisi
dium quaerere, extremae dementiae est: nisi for-
 quem in honesta, & perniciosa libido tenet, po-
tentiae paucorum decus, atque libertatem sua
gratificari. Ceterum ex ijs negotijs, quae inge-

exa

exercentur, in primis magno usui est memoriare
rum gestarum: cuius de uirtute quia multi dixe-
re, praetereundum puto; simul, ne per insolentiam
quis existimet mem et studium meum laudando ex-
tollere. Atque ego credo fore, qui, quia decreui
procul a rep. aetatem agere, tamto, tamq. utili la-
bori meo nomen inertiae imponant: certe, qui-
bus maxima industria uidetur, salutare plebem,
& coniuuij gratiam quaerere, qui si reputaue-
rint, & quibus ego temporibus magistratum a-
deptus sum; & quales uiri idem assequi nequiue-
rint; & postea, quae genera hominum in senatu
peruenient: profecto existimabunt, me magis
merito, quam ignauia, iudicium animi mei mu-
tauisse; maiusq. commodum ex otio meo, quam
ex aliorum negotijs, reip. uenturum. nam saepe
audiui, Q. Maximum, P. Scipionem, praetercea
ciuitatis nostræ præclaros viros solitos ita dice-
re: cum maiorum imagines intuerentur, uechemen-
tissime sibi animum ad uirtutem accendi: scilicet
non ceram illam, neque figuram tamtam uim in-
fere habere; sed memoria rerum gestarum eam
flammarum egregijs uiris in pectore crescere, neque
prius sedari, quam uirtus eorum famam, atque
gloriam adacquauerit. At contra, quis est o-
mnium his moribus, quin diuitijs, & sumptibus,
non probitate, neque industria, cù maioribus suis
contendat? etiam homines noui, qui antea per
uirtutem soliti erant nobilitatem anteuvenire, fur-

tim, & per latronicia potius, quam bonis artibus, ad imperia, & honores nituntur. proinde quasi praetura, & consulatus, atque alia omnia huiuscmodi per se ipsa clara, & magnifica sint, ac non perinde habeantur, ut eorum, qui ea sibi non, uirtus est. Verum ego liberius, altiusq. processi, dum me ciuitatis morum piget, taedetque. nunc ad incepturn redéo. Bellum scripturus, sum quod populus R. cum Iugurtha rege Numidarum gessit: primum, quia magnum, & atrox, uariaq. uictoria fuit: deinde, quia tum primum superbiae nobilitatis obuiam itū est. quae contentio diuina & humana cuncta premiscait: eoq. uae cordiae processit, ut studijs ciuilibus bellum, atque uastitas Italiae finem faceret. sed prius quam ha- iuscmodi rei initium expedio, pauca supra repetam; quo, ad cognoscendum, omnia illustria magis, magisq. in aperto sint. Bello Punico se- cundo, quo dux Carthaginensium Hannibal, post magnitudinem nominis Romani, Italiae opes ma- xime attruerat; Massanisa rex Numidarum, in amicitiam receptus a P. Scipione, cui postea co- gnomen Africano ex uirtute fuit, multa & praet clara rei militaris facinora fecerat: ob quae, u- etis Carthaginensibus, & capto Syphace, cuius in Africa magnum, atque late imperium ualuit, populus R. quascumque urbes, & agros manu a perat, regi dono dedit. igitur amicitia Massanisa bona, atque honesta nobis permanst: sed imperii uitatiq.

I V G V R T H I N V M. 31
uitaeq. eius finis idem fuit. deinde Micipsa filius regnum solus obtinuit, Manastabale, & Gu- lussa fratribus morbo absumptis. is Adherbalem, & Hiempalem ex se genuit; Iugurthamq. Ma- nastabalis fratris filium, quem Massanisa, quia ortus ex concubina erat, priuatum reliquerat, eodem cultu, quo liberos suos, domi habuit. Qui ubi primum adoleuit, pollens uiribus, decora fa- cie, sed multo maxime ingenio ualidus, non se lu- xu, neque inertiae corrumpendum dedit, sed, u- ti mos gentis illius est, equitare, iaculari, cursu cum aequalibus certare: & cum omnes gloria ar- teiret, omnibus tamen carus esse: ad hoc pleraque tempora in uenando agere: leonem, atque alias fe- ras primus, aut in primis ferire: plurimum fa- cere, & minimum ipse de se loqui. Quibus rebus Micipsa tametsi initio laetus fuerat, existimans Iugurthae uirtutem regno suo gloriae fore: tamen postquam hominem adolescentem, exacta sua aeta- te, & parnis liberis, magis magisq. crescere in- telligit, uebementer eo negotio permotus, multa cum aniro suo uoluebat. Terrebat eum natura mortalium auida imperij, & preecepit ad explen- dam animi cupidinem, praeterea, opportunitas suaeq. et liberorum actatis, quae etiam mediocres uiros spe praedae transuersos agit; ad hoc, studia Numi- darum in Iugurtham accensu: ex qui bus, si talem uirum dolis interfecisset, ne qua seditio, aut bel- lum oriretur, anxius erat. His difficultatibus cir-

cumuentus, ubi uidet neque per uim, neque ini-
dijs opprimenti posse hominem tam acceptum popula-
ribus; quod erat Iugurtha manu promptus, &
appetens gloriae militaris, statuit eum obiectare
periculis, & eo modo fortunam tentare. igitur
bello Numantino Micipsa, cum populo R. equi-
tum, atque peditum auxilia mitteret; sperans ne
ostentando uirtutem, uel hostium saeuitia faciliter
eum occasurum, praefecit Numidis, quos in Hi-
spaniam mittebat. Sed ea res longe aliter, ac ra-
tus erat, cuenit. nam Iugurtha, ut erat impigro,
atque acri ingenio, ubi naturam P. Scipionis, qui
tum Romanis imperator erat, & morem hostium
cognouit; multo labore, multaque cura, praetera
modestissime parendo, & saepe obuiam eundo p-
riculis, in tanta claritudinem breui peruenera-
ut nostris uehementer carus, Numantinis maxi-
mo terrori esset. ac sane, quod difficillimum in
primis est, & proelio strenuus erat, & bonus ca-
filio: quorum alterum ex prouidentia timorem,
alterum ex audacia temeritatem plerunque affer-
re solet. Igitur imperator omnes fere res aspera
per Iugurham agere, in amicis habere, magis
magis q. eum in dies amplecti, quippe cuius neque
confluum, neque incuptum ullum frustra erat.
Huc accedebat munificentia animi, ingenij sol-
lertia: quibus rebus sibi multos ex Romanis fami-
licri amicitia coniunxerat. Ea tempestate in exa-
citu nostro fiere complures noui, atque nobiles,
quibus

quibus diuinitiae bono, honestoq. potiores erant, fa-
ctiosi, domi potentes, apud sacerdos clari magis,
quam honesti: qui Iugurthae non mediocrem ani-
mum pollicitando accedebant, si Micipsa rex oc-
cidisset, fore uti solus imperio Numidiae potiretur:
in ipso maximam uirtutem, Romæ omnia uena-
lia esse. Sed postquam, Numantia deleta, P. Sci-
pio dimittere auxilia, & ipse reuerti domum de-
crevit: donatum, atque laudatum magnifice pro
concione Iugurtham in praetorium adduxit: ibi q.
secreto monuit, ut potius publice, quam priuatim,
amicitiam populi R. coleret: neu quibus largiri
insuesceret, periculose a paucis emi, quod multorum
esset: si permanere uellet in suis artibus, ul-
tro illi & gloriam, & regnum uenturum: sin pro
perantius pergeret, pecuniam, & ipsum praecipi-
tem casurum! Sic locutus, cum litteris eum, quas
Micipsa redderet, dimisit. earum sententia haec
erat. Iugurthae tui bello Numantino longe maxi-
ma uirtus fuit. quam rem certoscio tibi gaudio
esse. nobis ob merita sua carus est: ut idem sena-
tui, populoq. R. sit, summa ope nitetur. Tibi
quidem pro nostra amicitia gratulor. en habes
uirum dignum te, atque auro suo Massanisa. Igi-
tur rex, ubi ea quae fama accepserat, ex litteris im-
peratoris ita esse cognouit, tum uirtute, tum gra-
tia uiri permotus, flexit animum suum; & Iugur-
tham beneficijs uincere aggressus est; statimq. eum
adoptauit, & testamento pariter cum filijs here-
dem

dem instituit. Sed ipse paucos post annos, morbo, atque aetate confectus, cum sibi finem uitae adesse intelligeret, coram amicis, & cognatis, itemq. Adherbale, & Hiempse filijs, huinsceme di uerba cum Iugurtha fertur habuisse. Paruum ego te Iugurtha, amissso patre, sine spe, sine opibus, in meum regnum accepi, existimans non minus me tibi, quam liberis, si genuisssem, ob beneficia carum fore. neque eares falsum me habuit. nam ut alia magna, & egregia tua facinora omittam, nouissime rediens Numantia, meq. regnumq. meum gloria decorasti: tuaq. uirtute nobis Romanos ex amicis amicissimos fecisti: in Hispania nomine familiae nostrae renouasti: postremo, quod difficillimum inter mortales est, gloria inuidiam uicisti. Nunc, quoniam mibi natura finem uitae facit, per hanc dextram, per regni fidem moneo, obtestorq. uti hos, qui tibi genere propinquui, beneficio meo fratres sunt, caros habeas; neu malis alienos adiungere, quam sanguine coniunctos retinere. Non exercitus, neque thesauri praesidia regni sunt, uerum amici: quos neque armis cogere, neque auro parare queas, officio, & fide pariuntur. Quis autem amicior, quam frater fratri? aut quem alium fidum inuenies, si tuis hostis fueris? Equidē ego regnum uobis tradō firmum, si boni eritis: si mali, imbecillum. nam concordia paruae res crescent, discordia maxima dilabuntur. Ceterum ante hos te, Iugurtha, qui aetate, & sapientia

prior

prior es, ne aliter quid eueniat, prouidere decet. Nam in omni certamine, qui opulentior est, etiā si accipit iniuriam, tamen, quia plus potest, facere uidetur. Vos autem, Adherbal, & Hiempsal, colite, obseruate talem hunc uirum: imitamini uirtutem: & enitimi, ne ego meliores liberos sumpsisse uidear, quam genuisse. Ade a Iugurtha, tametsi regem ficta locutum intelligebat, & ipse longe aliter animo agitabat: tamen pro tempore benigne respondit. Micipsa paucis post diebus moritur. Postquam illi more regio iusta magnifice fecerant, reguli in unum conuenere, ut inter se de cunctis negotijs disceptaret. Sed Hiempsal, qui minimus ex illis erat, natura ferox, etiam ante ignobilitatem Iugurthae, quia materno genere impar erat, despiciens, dextra Adherbalem adsedit: ne medius ex tribus, quod apud Numidas honori dicitur, Iugurtha foret, deinta men, ut aetati concederet, fatigatus a fratre, uix in alteram partem transductus est. Ibi cum multa de administrando imperio differenter, Iugurtha inter alias res iacit, oportere quinquennij consulta, & decreta omnia rescindi: nam per ea tempora confectum annis Micipsam parum animo ualuisse. Tum idem Hiempsal placere sibi respondit: nam ipsum illum tribus his proximis annis adoptione in regnum peruenisse. quod uerbum in pectus Iugurthae altius, quam quisquam ratu, descendit. itaque ex eo tempore ira, & metu

metu anxius, moliri, parare, atque ea modo in animo habere, quibus per dolum Hiempſal caperetur. quae ubi tardius procedunt, neque lenitur animus ferox: statuit quoquis modo incepturn perficere. Primo conuentu, quem ab regulis factum supra memorauit, propter diffensionem placuerat diuidi theſtauros, finesq. imperij singulis constitui. itaque tempus ad utramque rem decernit, sed maturius ad pecuniam distribuendam. reguli interea in loca propinqua theſtauris, alius alio concessere. Sed Hiempſal in oppido Thirnida forte eius utebatur domo, qui proximus liberator Iugurthae, carus, acceptusq. ei semper fuerat: quem ille caſu ministrum oblatum promissis onerat, impellitque, ut tamquam suam domum uisens eat: portarum claves adulterinas paret: naueſae ad Hiempſalem referebantur: ceterum, ubi res postulareret, ſe ipsum cum magna uenturum manu. Numida mandata breui conficit: atque, uti doctus erat, noctu Iugurthae milites introducit: qui postquam in aedes irrupere, diuersi regem quaerere: dormientes alios, alios occurſantes interficere: ſcrutari loca abdita: clauſa effringere: ſtrepitū & tumultu omnia miscere: cum interim Hiempſal reperitur, occultans ſe in tugurio mulieris ancillæ, quò initio pauidus, & ignarus loci profugerat. Numidae caput eius, ut iuſſi erant, ad Iugurtham referunt. Ceterum fama tamſi facinoris per omnem Africam breui diuulgatur:

Adher-

Adherbalem, omnesque, qui sub Micipſae imperio fuerant, metus inuadit. In duas partes diſcedunt Numidae: plures Adherbalem ſequuntur, ſed illum alterum bello meliores. Igitur Iugurtha quam maximas potest copias armat: urbes partim ui, alias uoluntate imperio ſuo adiungit: omni Numidia imperare parat. At Adherbal, tamſi Romam legatos miserat, qui ſenatum docerent de caede fratris, & fortunis ſuis; tamen fretus multitudine militum parabat armis contendere. ſed ubires ad certamen uenit, uictus ex proelio profugit in prouinciam, ac deince Romam contendit. Tum Iugurtha, patratis confiſijs, poſtquam omni Numidia potiebatur, in otio facinus ſuum cum animo reputans, timere populum R. ne que aduersus iram eius uſquam, niſi in auxiſia nobilitatis, & pecunia ſua, ſpem habere. itaque, paucis diebus, cum argento, & auro multo legatos Romam mittit: queis praecipit, ut primum ueteres amicos muneribus explent: deinde nouos acquirant: poſtremo, quemcumque poſſint largiendo parare, ne cunctentur. Sed ubi Romam legati uenere, & ex pracepto regis hofpitibus, alijsque, quorum ea tempeſtate in ſenatu auſtoritas pollebat, magna munera miſere: tanta commutatio inceſſit, uti ex maxima inuidia in gratiam & fauorem nobilitatis Iugurtha ueniret. quorum pars ſpe, alij praemio induiti, ſingulos ex ſenatu ambiundo nitebantur, ne granuſ in eum confuſ-

confuleretur. igitur, ubi legatis satis confidunt, die constituto senatus utrisque datur. tum Adherbalem hoc modo locutum accepimus. Patres conscripti, Micipsa pater meus moriens mibi praecepit, uti regni Numidiae tantummodo procurationem existimarem meam: ceterum ius, & imperium penes uos esse: simul eniterer domi, militiaeq. quam maximo usui esse populo R. uos mibi cognatorum, uos affinium loco ducerem: si ea fecisset, in uestra amicitia exercitum, dimitias, monumeta regni me habiturum. Quae pracepta patris cum agitarem; Iugurtha, homo omnium, quos terra sustinet, sceleratissimus, contempto imperio uestro, Massanisae me nepotem, etiam ab stirpe socium, atque amicum populi R. regno, fortunisq. omnibus expulit. Atque ego, P. C. quoniam eò miseriarium uenturus eram, uellem, potius ob mea, quād ob maiorum meorum beneficia me posse a uobis auxilium petere, ac maxime deberi mibi beneficia a populo R. quibus non egerem; secundum ea, si desideranda erant, uti de bitis uester, sed quoniam parum tuta per se ipsa probitas est; neque mibi in manu fuit, Iugurtha qualis foret: ad uos confugi P. C. quibus, quod mibi miserrimum est, cogor prius oneri, quam usui esse. Ceteri reges, aut bello uicti in amicitiam à uobis receptisunt, aut in suis dubijs rebus societatem uestram adpetuerunt. familia nostra cum populo R. bello Carthaginensi amicitiam insti-

tuit, quo tempore magis fides eius, quam fortuna pendenda erat. Quorum progeniem uos, P. C. nolite pati me nepotem Massanisae frustra a uobis auxilium petere. si ad impetrandum nihil causae haberem, praeter miserandam fortunam; quod paullo ante rex genere, fama, atque copijs potens, nunc deformatus aerumnis, inops, alienas opes exspecto: tamen erat maiestatis populi R. prohibere iniuriam; neque pati, cuiusquam regnum per scelus crescere. uerum ego iüs finibus eiectus sum, quos maioribus meis populus R. dedid: unde pater, & avus meus una uobiscum expulere Syphacem, & Carthaginenses. uestra beneficia mibi erecta sunt, P. C. uos in mea iniuria despecti eslis. Eheu me miserum, huic, Micipsa pater, beneficia tua euasere, ut, quem tu parem cū liberisti tuis, regniq. participem fecisti, is potissimum stirpis tuae extinctior sit? Numquam ne ergo familia nostra quieta erit? semper ne in sanguine, ferro, fuga uestabimur? dum Carthaginenses incolumes fuere, iure omnia saeva patiebamur. hostis ab latere: uos amici procul: spes omnis in armis erat, postquam illa pestis ex Africa eiecta est, laeti pacem agitabamus: quippe, queis nullus hostis erat, nisi forte quem uos iussissetis. Ecce autem ex improuiso Iugurtha, intoleranda audacia, scelere, atque superbia se efferens, fratrem meo, atque eodem propinquuo suo interfecit, primum regnū eius sceleris sui praeda fecit: post, ubi

ubi me ijsdem dolis nequit capere , nihil minus ,
quādūm , aut bellum exspectantem , in imperio
uestro , sicuti uidetis , extorrem patria , domo , in
pem , & copertū miserijs effecit , aut ubiuis tutius ,
quādūm in meo regno , essem . Ego sic exsīmabā , P.
C. uti praedicantem audieram patrem meum ; qui
uestram amicitiam diligenter colerent , eos mulū
laborem suscipere , ceterum ex omnibus maxime
tutus esse . quod in familia nostra fuit , praestitū
uti in omnibus bellis adesset uobis : nos uti per otū
tutis simus , in manu uestra est , P.C. Pater nos duo
fratres reliquit : tertium Iugurtham beneficijs sui
ratus est nobis coniunctum fore . alter eorum ne
catus : alter ipse ego manus impias uix effugi .
Quid agam ? aut quō potissimum infelix accedam
generis praesidia omnia extincta sunt . pater , in
necessē erat , naturae concessit : fratri , quem min
me decuit , propinquus per scelus uitam eripuit :
fine , amicos , propinquos ceteros meos , alium &
lia clades oppressit : capti ab Iugurtha , pars in en
cem acti , pars bestijs obiecti sunt : pauci , quibz
relicta est anima , clausi in tenebris cum maerore ,
& luctu , morte grauiorem uitam exigunt . Sion
nia , quae aut amisi , aut ex necessarijs aduersa
ta sunt , incolumia manerent : tamen , si quid ei
improuiso mali accidisset , uos implorarem P.C.
quibus pro magnitudine imperij ius & iniurias o
mnes curae esse decet . nūc uero exsul patria , domo
solus , atque omniū honestarum egens rerum , qui
acc-

cece lam? aut quos appellē? nationes ne , an reges ,
qui omnes familiae nostrae ob uestram amicitiam
infesti sum? an quoquam mibi adire licet , ubi non
maiorum meorū hostilia monumenta plurima sint?
an quisquam nostri misereri potest , qui aliquando
uobis hostis fuit ? Postremo Massanis a nos ita insi
tuit , P.C. ne quem coleremus , nisi populum R. ne
societas , ne foedera noua acciperemus : abunde
magna praesidia nobis in uestra amicitia fore : si
huic imperio fortuna mutaretur , una occidendum
nobis esse . uirtute , ac dijs uolentibus , magni , &
opulentij ejus : omnia secunda , & obedientia sunt :
quo facilius sociorum iniurias curare licet . tamtu
illud uereor , ne quos priuata amicitia Iugurthaे ,
parum cognita , transuersos agat : quos ego audio
summa ope niti , ambire fatigare uos singulos , ne
quid de absente , incognita caussa , statuatis : finge
re me uerba , & fugam simulare , cui licuerit in re
gno manere . quod utinam illum , cuius impio faci
nore in has miserias projectus sum , eadem haec si
mulantem uideam : et aliquando aut apud uos , aut
apud deos immortales rerum humanarum cura or
riatur : ut ille , qui nunc sceleribus suis ferocx , at
que praeclarus est , omnibus malis excruciatus , im
pietatis in parentē nostrum , fratriis mei necis , mea
rumq. miseriārum graues poenas reddat . Iamiam
frater animo meo carissime , quamquam tibi immat
turo , et , unde minime decuit , uita erecta est , tamē
laetādum magis , quādūm dolendū puto casum tuum .

non enim regnum, sed fugam, exsilium, egestatem, & omnes has, quae me premunt, aerumnas cum anima simul amisi. At ego infelix in tamta mala praecepitatus, pulsus ex patro regno, rerum humanarum spectaculum praebeo: incertus quid agam; tuas ne iniurias persequar, ipse auxiliij egens; an regno consulam, cuius uitiae, necisq; potestas ex alienis opibus pendet. Utinam, emori, fortunis meis honestus exitus esset: ne uiuentem contemptus uiderer, si defessus malis iniuriae concessisset. Nunc quoniā neque uiuere libet, neque mori licet sine dedecore. P.C. per nos, per liberos, atque parentes uestrros, per maiestatem populi R. subueniret mihi misero: ite obuiam iniuria: nolite pati regnū Numidiae, quod uestrum est, per scelus, et sanguinē familiae nostrae tabescere. Postquam rex loquendi finem fecit, legati Iugurtha largitione magis, quam causa freti, paucis respordent: Hiempſalem, ob faciuitiam suam, ab Numidis interfectum: Adherbalē ultro bellum inferat, postquam superatus sit, queri, quòd iniuriū facere nequisset: Iugurtham ab senatu petere, nō se alium putarent, ac Numantiae cognitus esset: neu uerba inimici ante facta sua poncent. Deinde utriusque curia egrediuntur. senatus statim consultiatur: fautores legatorum, praeterea magna per gratia deprauata, Adherbalis dicta contemnere. Iugurthae uirtutē laudibus extollere: gratia, uoce, denique omnibus modis pro alieno scelere, et
gim

I V G V R T H I N V M . 37
 quasi pro gloria nitiebantur. At contra pauci, qui bus bonum & aequum diuitijs carius erat, subuenientum Adherbali, & Hiempſalis morte seuerre uindicandam censebant, sed ex omnibus maxime Aemilius Scaurus, homo nobilis, impiger, fastiosus, audius potentiae, honoris, diuitijs, ceterū uitia sua callide occultans. is postquam uidet regis largitionem famosam, impudentemque, ueritus, quod in tali re solet, ne polluta licentia inuidiam accenderet, animum a consueta libidine continuit. uicit tamen in senatu pars illa, quae uero premium, aut gratiā anteferebat. decretum fit, uti decem legati regnū, quod Micipha obtinuerat, inter Iugurtham, & Adherbalem diuiderent. cuius legationis princeps fuit L. Opimius, homo clarus, & tum in senatu potens, quia consul, C. Graccho, & M. Fulvio Flacco interfectis, acerrime uictoriā nobilitatis in plebem exercuerat. enim Iugurtha, tametsi Romae in amicis habuerat, tamen accuratissime accepit: dando, et pollicēdo multa perfecit, uti famae, fidei, postremo omnibus suis rebus commodum regis anteferret. reliquos legatos eadē uia aggressus, plerosque capit: paucis carior fides, quam pecunia fuit. in diuisione, quae pars Numidiae Mauritaniam attingit, agro uirisq; opulentior, Iugurthae traditus: illam alteram, sp ecie, quam usu, potiorem, quae portuosa, & aedificijs magis exornata erat, Adherbal posedit. Res postulare uidetur, Africæ situm paucis expo-

exponere, & eas gentes, quibuscum nobis bellum
aut amicitia fuit, attingere. Sed quae loca, & na-
tiones ob calorem, aut asperitatem, item soli-
tudines minus frequentata sunt, de ijs haud faci-
le compertum narauerim: cetera quam paucissi-
mis absoluam. In diuisione orbis terrae plerique
in parte tertia Africam posuere: pauci, tam tum-
modo Asiam, & Europam esse; sed Africam in
Europa, ea fines habet ab Occidente, fretum no-
strum maris, et Oceani: ab ortu solis declinem lati-
tudinem: quem locum Catabathmon incolae appelle-
lant. mare saeum, importusum: ager frugum
fertilis, bonus pecori, arbori infecundus: caelo,
terraq. paenuria aquarum: genus hominum salu-
bri corpore, uelox, patiens laborum: plerosque se-
nectus dissoluit nisi qui ferro, aut bestiis interiere,
nam morbus haud saepe quemquam superat. Ad
hoc, malefici generis plurima animalia. Sed qui
mortales initio Africam habuerint, quiq. postea
accesserint, aut quo modo inter se permisisti sunt:
quamquam ab ea fama, quae plerosque obtinet, di-
uersum est: tamen, uti ex libris Punicis, qui regis
Hiempalis dicebantur, interpretatum nobis est,
uti q. rem sese habere cultores eius terrae putant,
quam paucissimis dicā. ceterum fides eius rei pa-
nies auctores erit. Africam initio habuere Getuli,
& Libyes, asperi, incultiq. queis cibus erat ca-
ro ferina, atque humi pabulum, uti pecoribus. Hi ne
que moribus, neque lege, aut imperio cuiusquam
regē.

regebantur: uagi, palantes, quas nox coegerat, se
des habebant, Sed postquam in Hispania Hercules,
sicuti Afri putant, interiit: exercitus eius compo-
situs ex uariis getibus, amissō duce, ac passim mul-
tis sibi imperium potentibus, breui dilabitur.
ex eo numero Medi, Persae, & Armenij, na-
tibus in Africam transuicti, proximos nostro ma-
ri locos occupauere, sed Perse intra Oceanum ma-
gis, biq. alueos narium inuersos pro tugurijs ha-
buere: quia neque materia in agris, neque ab Hi-
spanis emendi, aut mutandi copia erat. mare ma-
gnum, & ignara lingua commercia prohibebant.
hi paullatim per connubia Getulos secū miscuere:
& quia saepe tentantes agros, alia deinde, atque
alia loca petiuerant, semet ipsi Numidas appella-
uere. Ceterum adhuc aedificia Numidarum agre-
stium, quae Mapalia illi uocant, oblonga, incurvis
lateribus testa, quasi nauium carinae sunt. Medis
autem, & Armenijs accessere Libyes. nam hi pro-
pius mare Africum agitabant: Getuli sub sole ma-
gis, haud procul ab ardoribus: biq. mature oppi-
da habuere. nam fretu diuisi ab Hispania, mutare
res inter se instituerant. nomen eorum paullatim Li-
byes corrupere, barbara lingua Mauros pro Me-
dis appellantes. Sed res Periarum breui adoleuit:
ac postea, Numidiae nomine, propter multitudinem
a paréibus digressi, possedere ea loca, quae proxi-
me Carthaginē Numidia appellatur. Deinde ut-
rique alteris freti, finitimos armis, aut metu sub-

imperium suum coegere; nomen, gloriariamq. sibi addidere; magis hi, qui ad nostrum mare processerat: quia Libyes, quam Getuli, minus bellicosi: deinde Africa pars inferior, pleraque ab Numidis possessa est: ut et omnes ingentem, nomen q. imperantium concessere. Postea Phoenices, alij multitudinis domi minuenda gratia, pars imperij cupidine sollicitata plebe, & alij nouarum rerum auidis, Hippone, Adrumetum, Leptim, aliasq. urbes in ora maritima condidere: haecq. breui multum auctae, pars originibus suis praesidio, aliae de cori fuere. Nam de Carthagine silere melius puto, quam parum dicere: quoniam alio properante tempus monet. Igitur ad Catabathmon, qui locus Aegyptum ab Africa diuidit, secundo mari primi Cyrene est, colonia Therean, ac deinceps duae Syrites, interq; eas Leptis: deinde Arae Philenon: qui locum Aegyptum uersus finem imperij habuerunt Carthaginenses: post aliae Punicae urbes, cetera loca usque ad Mauritaniam Numidae tenent, proxime Hispaniam Mauri sunt. Super Numidiā Getulos accepimus partim in tugurijs, alios incultissimos agitare: post eos Aethiopas esse: deinde loca exusta solis ardoribus. Igitur bello Iugurthini pleraque ex Punicis oppida, et fines Carthaginium, quos nouissime habuerant populus R. permissus administrabat: Getulorum magna pars, & Numidae usque ad flumen Muluchā sub Iugurtha erant: Mauris omnibus rex Bocchus imperium

bat

bat, praeter nomen, cetera ignarus populi R. itemq. nobis neque bello, neque pace antea cognitus. De Africa, & eius incolis, ad necessitudinem rei satis dictum. Postquam, diuiso regno, legati Africa decessere; & Iugurtha contra timore animis praemiasceleris adeptum fese uidet, certum esse ratus, quod ex amicis apud Numidianam acceperat, omnia Romae uenalia esse; simul & illorum pollicitationibus accensus, quos paullo ante muneribus explenerat; in regnum Adherbalis animum intendit. ipse acer, bellicosus: at is, quem petebat, quietus, imbellis, placito ingenio, opportunus iniuriae, metuens magis, quam metuendus. Igitur ex improviso fines eius cum magna manu inuadit: multos mortales cum pecore, atque alia praeda capit: aedificia incendit: pleraque loca hostiliter cum equitatu accedit. deinde cum omni multitudine in regnum suum conuertit, existimans dolore permotum Adherbalem iniurias suas manu uindicaturum, eamque rem bellum caussam fore. at ille, quod neque se parrem armis existimabat, & amicitia populi R. magis, quam Numidis, fretus erat; legatos ad Iugurtham de iniurijs questum misit: qui tametsi contumeliosa dicta retulerant, prius tamen omnia patiti decreuit, quam bellum sumere: quia tentatum antea fecus cesserat. Neque eo magis cupido Iugurthae minuebat atque quippe qui totum eius regnum animo iam inuaserat. itaque non, uti antea, cum

praedatoria manu, sed magno exercitu comparato, bellum gerere coepit, & aperte totius Numidae imperium petere. ceterum, quā pergebat, urbes, agros uastare, praedas agere; suis animum, hostibus terrorem angere. Adherbal ubi intelligit eō processum, uti regnum aut relinquendum, aut retinendum armis esset; necessario copias parat, & Iugurthae obuius procedit. Interim hanc longe a mari prope Cirtham oppidum utriusque exercitus confedit: & quia diei extremum erat, proelium non incepit. sed ubi plerunque noctis processit, obscurō etiam tum lumine; milites Iugurthini, signo dato, castra hostium inuadunt; semiomnino partim, alios arma sumentes fugant, funduntq;: Adherbal cum paucis equitibus Cirtham profugit: et, ni multitudo togatorum fuisset, quae Numidas insequentes moenibus prohibuit, uno die inter duos reges coepit, atque patratum bellum foret. Igitur Iugurtha oppidum circumfedit: uincis, turribusq; & machinis omnium generum expugnare aggreditur: maxime festinans tempus legatorum antecapere, quos ante proelium factum ab Adherbale Romanū missos audiuerat. Sed postquam senatus de bello eorum acceptit, tres adolescentes, in Africam legantur; qui ambo reges adeant; senatus populiq; Romani uerbis nuncient, uelle, & censere eos ab armis discedere: ita seque illisq; dignum esse. Legati in Africam maturantes uenient, eo magis, quod

Rome

Romae, dum profici parant, de proelio factō, & oppugnatione Cirthae audiebatur. sed is rumor cle mens erat. Quorum Iugurtha accepta oratione respondit: sibi neque maius quidquam, neque carius auctoritate senatus esse: ab adolescentia ita se enim, ut ab optimo quoque probaretur: uirtute, non malitia, P. Scipioni, summo uiro, placuisse: ob easdem artesq; Micip̄a, non paenuria liberrorum, in regnum adoptatum esse: ceterum, quo plura bene, atque strenue fecisset, eo animum suū iniuriam minus tolerare. Adherbalem dolis uitae suae insidiatum: quod ubi compliceret, eius sceleri obuiam issē: populū R. neque recte, neque pro bono factūrum, si ab iure gentium se probibuerit: postremo, de omnibus rebus legatos Romā breuisserūm. Ita utriusque digrediuntur. Adherbalis copia appellandi non fuit. Iugurtha ubi eos Africa decepsisse ratus est, neque propter naturam loci Cirtham armis expugnare potest: uallo, atque fossa moenia circūdat: turres exstruit, easq; praesidijs firmat: praeterea dies, noctesq; aut per um, aut dolis tentare, defensoribus moenī praemia modo, modo formidinem ostentare: suos hortando ad uirtutem arrigere: prorsus intentus cūcta parare. Adherbal ubi intelligit omnes suas fortunas in extremo sitas, hostem infestum, s̄p̄ auxiliū nullam, paenuria rerum necessiarum bellum trahi non posse; ex ijs, qui una Cirtham profugerant, duos maxime impigros delegit: eos,

multa pollicendo , ac miserando casum suum , confirmat , uti per hos ium munitiones noctu ad proximum mare , dein Roman pergerent . Numidae paucis diebus iussa efficiunt : litterae Adherbalis in senatu recitatae ; quarum sententia haec fuit . Non mea culpa saepe ad nos oratum mitto P. C. sed uis Iugurthae subigit : quem tanta libido extingendi me inuasit , ut neque nos , neque deos immortales in animo habeat ; sanguinem meum , quam omnia , malit . itaque quinctum iam mensem socius & amicus populi R. armis obsecus teneor : neque mihi Micipiae patris mei beneficia , neque nostra decreta auxiliantur : ferro , an fame acrius urgear , incertus sum . Plura de Iugurtha scribere dehortatur fortuna mea : etiam ante expertus sum , parum fidei miseris esse . nisi tamen intelligo illum , supra quam ego sum , petere , neque simul amicitiam nostram , & regnum meum sperare . utrum grauius existimet , nemini occultum est . nam initio occidit Hiempalem fratrem meum : deinde patrio regno me expulit . quae sane fuerint nostrae iniuriae , nihil ad nos . verum nunc regnum uestrum armis tenet : me , quem uos imperatore Numidis posuistis , clausum obsidet : legatorum uerba quati fecerit , pericula mea declarant . quid est reliquum , nisi uis nostra , qua moueri possit ? nam ego quidem uellem , & haec quae scribo , & illa , quae antea in senatu questus sum , uana forent potius , quam miseria

mea

mea fidem uerbis faceret . Sed quoniam eo natus sum , ut Iugurthae scelerum ostentui essem : non iam mortem , neque aerumnas , tantummodo inimici imperium , & cruciatus corporis deprecor . regno Numidiae , quod uestrum est , uti libet , consulite : me ex manibus impiorum eripite , per nos , per maiestatem imperij , per amicitiae fidem : si ulla apud nos memoria remanet aut mei Massanisae . His litteris recitatis , fuere qui exercitu in Africam mittendu censerent , et quamprimum Adherbali subuenientum : de Iugurtha interim uti consideretur ; quoniam non paruisse legatis . sed ab iisdem illis fautoribus regis summa ope eni sum , ne tale decretum fieret : ita bonum publicum , ut in plerisque negotiis solet , priuata gratia deuictu . legantur tamen in Africam maiores natu nobiles , amplis honoribus usi : in queis fuit M. Scarrus , de quo supra memorauimus , consularis , & tum in senatu princeps . hi , quod in inuidia res erat , simul & a Numidis obsecrati , triduo nauim ascendere : deinde breui Uticam adpulsi , litteras ad Iugurtham mittunt , quamocymissime ad prouinciam accedat , se ad eum ab senatu misso . Ille , ubi accepit homines claros , quorum autoritatem Romae pollere audierat , contra inceptum suum uenisse : primo commotus metu , atque libidine , diuersus agitabatur . timebat iram senatus , ni paruisse legatis : porro animus cupidine caecus ad inceptum scelus rapiebatur . uicit ta

men

men in auido ingenio prauum consilium. Igitur, exercitu circumdato, summa ui Cirtham irrumpe nittitur, maxime sperans, diducta manu hominum, aut ui, aut dolis se se casum uictoriae inueniturum. quod ubi secus procedit, neque quod intenderat, efficere potest, ut prius, quam legatos conueniret, Adherbalis potiretur; ne amplius morando Scaurum, quem plurimum metuebat, incenderet, cum paucis equitibus in prouinciam uenit. ac tametsi senatus uerbis graues minae nuncibantur, quod ab oppugnatione non desisteret: multa tamen oratione consumpta, frustra legati discessere. Ea postquam Cirthae audit a sunt, Italici, quorum uirtute moenia defensabantur, confisi, deditione facta, propter magnitudinem populi R. iniuiolatos se fore, Adherbali suadent, uti seque, & oppidum Iugurthae tradat: tam tum ab eo uitam paciscatur: de ceteris senatu cuius rae fore. At ille, tametsi omnia potiora fide Iugurthae rebatur, tamen, quia penes eosdem, si aduorsaretur, cogendi potestas erat, ita, uti seneuerant Italici, deditiōnem facit. Igitur Iugurtha in primis Adherbalem excruciat necat: deinde omnes puberes Numidas, atque negotiatores promiscue, uti quisque armatus obuius fuerat, interfecit. quod postquam Romae cognitum est, & res in senatu agitari coepit; ijdē illi ministri regis interpellando, ac saepe gratia, interdum iurijs trahendo tempus, atrocitatē facti leniebant. et ni C.

Mem-

Meminus, tribunus pl. designatus, vir acer, et in festus potentiae nobilitatis, populum R. edocuissest id agi, uti per paucos factiosos Iugurthae scelus condonaretur: profecto omnis inuidia, prolatandis consultationibus, dilapsa foret: tamta uis gratiae, atque pecuniae regis erat. sed ubi senatus de lieti conscientia populū timet: lege Sempronia prouinciae futuris consulibus Numidia, atque Italia decretae sunt: consules declarati P. Scipio Nasica, L. Bestia Calpurnius: Numidia Calpurnio, Scipioni Italia obuenit: deinde exercitus, qui in Africam portaretur, scribitur: stipendium, aliaque, quae bello usui forent, decernuntur. At Iugurtha, contra spem nuncio accepto, quippe cui, Romae omnia uenire, in animo haeserat; filium, & cum eo duos familiares ad senatum legatos mittit: ijsque, uti illis, quos Hiempse interfecto miserat, praecipit, omnes mortales pecunia aggrediantur. Qui postquam Romanam aduentabant; senatus a Bestia consultus est, placaret ne legatos Iugurthae recipi moenibus: ijsq. decreuere, ni regnum, ipsumq. deditum uenissent, uti diebus proximis decem Italia decederent. consul Numidis ex senatus decreto nunciari iubet: ita infestis rebus, illi domum discedunt. Interim Calpurnius, parato exercitu, legat sibi homines nobiles, factiosos, quorum auctoritate, quae deliquisset, munita fore sperabat: in queis fuit Scaurus, cuius de natura, & habitu supra memoravimus. Nam

in

in consule nostro multae, bonaeq. artes animi, & corporis erat: quas omnes avaritia praepedicbat, patiens laborum, acri ingenio, satis prouidens, belli haud ignarus, firmissimus contra pericula, & infidias. Sed legiones per Italiam Rhegium, atque inde Siciliam, porro ex Sicilia in Africam transfuebæ. Igitur Calpurnius, initio partis commeatibus, acriter Numidiam ingressus est; multos mortales, & urbes aliquot pugnando cepit. Sed ubi Iugurtha pecunia per legatos tentare, bellique, quod administrabat, asperitatem ostendere coepit: animus aeger avaritia facile conuersus est, ceterum socius, & administer omnium consiliorum assumitur Scaurus: qui tametsi a principio, plerisque ex factione eius corruptis, acerrime regem impugnauerat; tamen magnitudine pecuniae a bono, honestoq. in prauum abstractus est. Sed Iugurtha primum tantummodo belli moram redimebat, existimans se interim aliquid Romæ pretio, aut gratia effecturum: postea uero quam participem negotij Scaurum accepit; in maxima spem adductus recuperandæ pacis, statuit cu[m] eis de omnibus passionibus praefens agere. Ceterum interea fidei causa mittitur a consule Sextius quæstor in oppidum Iugurthæ Vaccam: cuius rei species erat acceptio frumenti, quod Calpurnius palam legatis imperauerat: quoniam deditio[n]is mora induitiae agitabantur. Igitur rex, uti constituerat, in castra uenit: ac pauca praesenti consilio cutus

cutus de inuidia sui facti, atque uti in deditio[n]em acciperetur; reliqua cum Bestia, & Scauro secreta transfigit: dein postero die, quasi per furram sententijs exquisitis, in deditio[n]em accipiatur. sed, uti pro consilio imperatum erat, elephan ti XXX, pecus, atque equi multi, non cum paruo argenti pondere, quaestori traduntur. Calpurnius Roman ad magistratus rogandos proficiuntur. in Numidia & exercitu nostro pax agitatur. Postquam res in Africa gestas, quoq. modo actæ forent, fama diuulgauit: Romæ per omnes locos, & conuentus de facto consulis agitari: apud plebem grauis inuidia: patres solliciti erant: probarent ne tam tum flagitium, an decretum consulis subuerterent, parum constabat. Ac maxime eos potentia Scauri, quod is auctor, & socius Bestiae ferebatur, a uero, bonoq. impediuebat. At C. Memmius, cuius de libertate ingenij, & odio potentiae nobilitatis supra diximus, inter dubitationem & moras senatus, concionibus populum ad vindicandum hortari: monere, ne rem publicam libertatem suam desererent: multa superba, et crudelia facinora nobilitatis ostendere: prorsus intentus omni modo plebis animum accendebat. Sed quoniam ea tempestate Romæ Memmius facundia clara, pollensq. fuit; decore existimauit unam ex tam multis orationem eius prescribere. ac potissimum eam dicam, quam in concione post redditum Bestiae huiscmodi uerbis differuit.

Mul-

Multa me dehortantur a uobis, Quirites, ni flum
reip. omnia superet; opes factio[n]is, uestra patien
tia, ius nullum; ac maxime, quod innocentiae plus
periculi, quam honoris est. nam illa quidem p[ro]p[ter]e
dicere, his annis xx quam ludibrio fueritis su
perbiae paucorum; quid foede, quamq[ue] multi p[er]
ierint uestris defensores; ut uobis animus ab igna
via, atque socordia corruptus sit: qui ne nunc qui
dem, obnoxij inimicis, exurgitis; atque etiam num
timetis eos, quibus uos decet terrori esse. sed
quamquam haec talia sunt: tamen, obuiam ires
ctionis potentiae, animus subigit. certe ego liber
tatem, quae mili a parente meo tradita est, exp[er]i
ar: uerum id frustra, an ob rem faciam, inue
stram suum est, Quirites. Neque ego uos hu
tor, quod saepe maiores uestri fecere, uti contr
inuicias armati eatis. nihil ui, nihil secessione
pus est: necesse est, suomet ipsi more p[re]cipite
ant. Occiso Ti. Graccho, quem regnum sibi pa
rare diebant, in plebe Romanam quae[st]iones gra
ues habitae sunt. post C. Gracchi, & M. Fulii
caedem, uestris item ordinis multi mortales in ca
cere necati sunt. utriusque cladis non lex, ueru
libido eorum finem fecit. Sed sane fuerit reg
paratio, plebi sua restituere: quidquid sine san
guine ciuium uictisci nequitur, iure factum sit.
Superioribus annis taciti indignabamini aerarium
expilari: reges, & populos liberos paucis nobili
bus uictigal pendere: penes eosdem & summa

glo-

gloriam, & maximas dinitias esse: tamen, bacta
lia facinora impune suscepisse, parum habuere:
itaque postremo leges, maiestas uestra, diuina,
& humana omnia hostibus tradita sunt. neque
eos, qui ea fecere, pudet, aut paenitet: sed ince
dunt per ora uestra magnifice, sacerdotia, & con
sulatus, pars triumphos suos ostentantes: perinde
quasi ea honori, non praedae, habeant. Serui, aere
parati, iniusta imperia dominorum non perse
runt: uos, Quirites, in imperio nati, aequo animo
seruitutem toleratis? At qui sunt hi, qui remp.
occupauere homines sceleratissimi, cruentis ma
nibus, immanni auaritia, nocentissimi, ijdemq[ue]
superbissimi, quibus fides, decus, pietas, postre
mo honesta, atque inhonesta omnia quaeslui sunt.
Pars eorum, occidiisse tribunos pl. alij quae[st]iones
iniustas, plerique caedem in nos fecisse, pro muni
mento habent. ita, quam quisque pessime fecit,
tam maxime tutus est: metum a scelere suo ad
ignaviam uestram transtulere: quos omnes eadem
cupere, eadem odisse, eadem metuere in unum
coegit. sed hacc inter bonos amicitia, inter ma
los factio est. quod si iam uos libertatis curam
haberetis, quam illi ad dominationem accensi
sunt: profecto neque resp. sicuti nunc, uastaretur:
& beneficia uestra penes optimos, non audacissi
mos, forent. Maiores uestris, parandi iuris, & ma
iestatis constituantur gratia, bis per secessionem
armati Auentinum montem occupauere: uos
pro

pro libertate, quam ab illis accepisti, non ne summa ope nitemini? atque eo uebementius, quo maius dedecus est, parta amittere, quam omnino non paruisse? Dicet aliquis, quid igitur censes? Vindicandum in eos, qui hosti prodidere remp. nō manu, neque ui; quod magis, nos fecisse, quam illis accidisse, indignum est; uerū quaestzionibus, et indicio ipsius Iugurthae, qui si dediticius est; profecto iussis uestris obediens erit: fin ea contemnit; scilicet exsiliabitis, qualis illa pax, aut deditio sit, ex qua ad Iugurtham scelerum impunitas, ad paucos potentes maxima diuitiae, ad remp. dannata, atque dedecora peruerterint. Nisi forte dominationis eorum satictas nondū etiam nos tenet: & illa, quād haec tempora, magis placent, cum regna, prouinciae, leges, iura, iudicia, bella, atque paces, postremo diuina, & humana omnia penes paucos erant: uos autem, hoc est populus R. iniuli ab hostibus, imperatores omnium gētium, satis habebatis animam retinere. nam seruitutem quidem quis uestrum recusare audebat? Atque ego tametsi uirum flagitosissimum exigitimo impune iniuriam accepisse: tamen, nos sceleratissimi hominibus ignoscere, quoniam ciues sunt, aequo animo paterer, ni misericordia in perniciem casura effet. nam & illis, quantum importunitatis habent, parum est impune male fecisse, nisi deinde facinori licentia eripitur: & uobis aeterna sollicitudo remanebit, cum intelligetis aut seruendum

uiendum esse, aut per manus libertatem retinemendam. Nam fidei quidem, aut concordiae quae s̄es est? Dominari illi uolunt, uos liberi esse: facere il li iniurias, uos prohibere: postremo socijs uestris ueluti hostibus, hostibus prosocijs utuntur. Potest ne in tam diuorsis mentibus pax, aut amicitia esse? Quare moneo, hortorq. uos, ne tamtum scelus impunitum dimittatis. Non peculatus aerarij factus est: neque per uim socijs ereptae pecuniae. que quāquam grauia sunt, tamen consuetudine iam pro nibilo habētur. hosti acerrimo pro dita senatus auctoritas, proditum imperium uestrum: domi, militiae&c. resp. uenalis fuit. que nisi quae sita erunt, nisi uindicatum in noxios: quid erit reliquā, nisi ut illis, qui ea fecere, obedientes uiuamus? nam impune quilibet facere, id est regē esse. Neque ego uos, Quirites, hortor, ut iam malitiis ciues uestris perperam, quād recte, fecisse, sed me, ignoscendo malis, bonos perditum eatis. at hoc in rep. multo praeferat, beneficij, quād maleficij, immemorem esse. bonus tamtummodo segnior fit, ubi negligas: at malus improbior. ad hoc, si iniuria non sint, haud saepe auxiliū egeas. Hæc, atque alia huinscēmodi saepe dicendo, C. Memmius populo R. persuadet, uti L. Cassius, qui tum prætor erat, ad Iugurtham mitteretur: eumque, interposita fide publica, Romam duceret; quo facilius indicio regis, Scauri, & reliquorum, quos pecuniae captæ arcessēbant, delicta pateficerent.

Dum haec Romae geruntur, qui in Numidia reli
cti a Bestia exercitui praeverant, secuti morem im
peratoris sui, plurima, & flagitiosissima facino
ra fecere. fure, qui auro corrupti, elephantes
Iugurtha tradiderent, alijs perfugas uederent: pars
ex pacatis praedas agerent. tanta uis auaritiae in
animos eorum, ueluti tabes, inuaserat. At Cäs
suis praetor, perlata rogatione a C. Memmio, ac
perculta omni nobilitate, ad Iugurthā proficiſci
tur: eiq. timido, & ex conscientia diffidēti rebus
suis, persuadet, quoniam se populo R. dedidisset, ne
uim, quam misericordiā eius, experiri malit: priua
tim præterea fidem suam interponit, quam ille
non minoris, quam publicam ducebatur. talis ea tē
peſtate fama de Cassio erat. Igitur Iugurtha, con
tra decus regium, cultu quam maxime miserabili,
cum Cassio Romam uenit. Ac tametsi in ipso ma
gna uis animi erat; confirmatus ab omnibus, quo
rum potentia, aut scelerē cuncta ea geſſerat, quae
supra diximus, C. tamen Baebium tribunum pl.
magna mercede parat, cuius impudentia contra
ius, & iniurias omnes munitus foret. At C. Mem
mius aduocata concione; quamquam regi infesta
plebes erat; & pars in uincula duci iubebat, pars,
niſocios sceleris sui aperiret, more maiorum de
hoste suppliciū sumi; dignitati magis, quam irae
consulens, ſedare motus, & animos eorum molli
re; poſtremo confirmare, fidem publicam per ſeſe
inuolatam fore. poſt, ubi silentium coepit, pro
ducto

ducto Iugurtha, uerba facit: Romae, Numidiaeque.
facinora eius memorat: ſcelera in patrē, fratresq.
offendit: quibus iuuantibus, quibusq. ministris ea
egerit, qua inquam intelligat populo R. tamen uel
le manifesta magis ex illo habere: si uerum ape
riat, in fide, & clementia populi R. magnam ſcen
illi fitam: ſin reticeat, non ſocijs ſalutis fore, ſed ſe,
ſuasq. ſpes corrupturum. Deinde, ubi Memmius
dicendi finem fecit, & Iugurtha respondere iuſſus
eft, C. Baebius tribunus pl. quem pecunia corr
putum ſupra diximus, regem tacere iubet: ac, ta
metſi multitudo, quae in concione aderat, uehe
menter accenſa, terrebat eum clamore, uultu, ſae
pe impetu, atque alijs omnibus, quae ira fieri a
mat; uicit tamen impudentia. iiii populus, ludi
brio habitus, ex concione diſcedit: Iugurthae, Be
ſtiaeque, & ceteris, quos illa quaeflio exagitabat,
animi angueſtunt. Erat ea tempeſtate Romae Nu
mida quidā, nomine Massiua, Gulustie filius, Maſ
ſaniae nepos: qui, quia in diſſenſione regum In
gurthae aduersus fuerat, dedita Ciriba, & Ad
herbale interfetto, profugus ex Africa abiuerat.
huic Sp. Albinus, is qui proximo anno poſt Bestiā
cum Q. Minucio Rufo consulatum gerebat, per
ſuadet, quoniam e Stirpe Maſſaniae ſit, Iugur
tham ob ſcelera inuidia cum metuurgeat, re
gnum Numidiae ab ſenatu petat. Anidus confi
belli gerendi, moueri, quam ſenescere, omnia
malebit. ipſi prouincia Numidia, Minucio Ma
H 2 cedonia

cedonia euenerat. Quae postquam Massiuam agitare coepit: neq. Iugurtha in amicis satis praesidij est; quod eorum alium conscientia, alium mala fama, & timor impedit: Bomilcari proximo, ac maxime fido sibi imperat, pretio, sicuti multa cōficerat, insidiatores Massiuae paret, ac maxime occulte: sin id parum procedat, quovis modo Numidam interficiat. Bomilcar mature regis mandata, exsequitur: & per homines talis negotij artifices, itinera, egressusq. eius, postremo loca, atque tempora cuncta explorat: deinde, ubi res postulabat, insidias tendit. igitur unus ex eo numero, qui ad caedem parati erant, paullo inconsultius Massiuam aggreditur, illum obtruncat: sed ipse deprehensus, multis hortantibus, & in primis Albino consule, indicium profitetur. fit reus magis ex aequo bonoqué, quam ex iure gentium, Bomilcar, comes eius, qui Romam fide publica uenerat. At Iugurtha, manifestus tanti sceleris, non prius omisit contra uerum niti, quam animaduertit, super gratiam, atque pecuniam suam inuidiam facti esse. igitur quamquam in priore actione ex amicis quinquaginta uades dederat, regno magis, quam uadibus, consulens, clam in Numidiam Bomilcarem dimittit, ueritus, ne reliquos populares metus inuaderet parenti sibi, si de illo supplicium sumptum foret. & ipse paucis diebus profectus est, iussus a senatu Italia decede re. sed postquam Roma egressus est, fertur, et
saepē

saepē tacitus respiciens, postremo dixisse: Urbem uenalem, & mature peritoram, si emptorem in nenerit. Interim Albinus, renonato bello, com meatum, stipendium, aliaq., quae militibus usui forent, maturat in Africam portare; ac statim ipse profectus, uti ante comitia, quod tempus haud longe aberat, armis, aut deditione, aut quo uis modo bellum conficeret. At contra Iugurtha trahere omnia, & alias, deinde alias morae causas facere: polliceri ditionem, ac deinde metum simulare: instanti cedere, & paulo post, ne sui diffiderent, instare: ita belli modo, modo pacis mora consulem ludificare. Ac fuere, qui tum Albinum haud ignarum consilijs regis existimarent; neque ex tanta properantia tam facile tractum bellum socordia magis, quam dolo crederent. sed postquam, dilapo tempore, comitiorum dies aduentabat; Albinus, Aulo fratre in castris pro praetore relitto, Romam decessit. Ea tempestate Romae seditionibus tribunicij atrociter reff. agitabatur. L. Lucilius, & L. Annius, tribuni pl. resistentibus collegis, continuare magistratum nitiebantur: quae dissensio totius anni comitia impe diebat. Ea mora in spem adductus Aulus, quem propraetore in castris relictū supra diximus, aut confiendi belli, aut terrore exercitus ab rege pecuniae capiundae, milites mēse Ianuario ex hibernis in expeditionem euocat; magnisq. itineribus bieme aspera peruenit ad oppidum Suthul, ubi re gis

gis thesauri erant. quod quamquam, & facuitate poris, & opportunitate loci, neque capi, neque ob sideri poterat: (nam circum situm in praerupti montis extremo planicies limosa hibernibus aquis paludem fecerat) tamen, aut simulandi gratia, quo regi formidinem adderet, aut cupidine caecus ob thesauros oppidi potiundi, uineas agere, aggerem iacere; aliaque, quae coepto usi forent, prope rare. At Iugurtha, cognita uanitate, atque imperitia legati, subdolus eius augere amentiam: misitare supplicantes legatos: ipse, quasi uitabundus, per saltuosa loca, & tramites exercitum dubitare. denique Aulum sive pactionis per pulit, uti, relictio Suthule, in abditas regiones secessit, ueluti cedentem, insequeretur: ita delicta occultiora fore, interea per homines callidos die, noctuq. exercitum tentabat: centuriones, ducesq. turmarum partim, uti transfugerent, corrumpere, alijs, signo dato, locum uti desererent. quac postquam ex sententia instruxit, intempesta nocte de improviso multitudine Numidarum Auli castra circumuenit. milites Romani, perculsi tumultu insolito, arma capere: alijs secessit abdere: pars territos confirmare: trepidare: omnibus locis uis magna hostium: caelum nocte, atque nubibus obscuratum: periculum anceps: postremo, fugere, animu nere, tutius foret, in incerto erat. sed ex eo numero, quos paullo ante corruptos diximus, cohors una Ligurum, cum duabus turmis Thracum, &

paucis

paucis gregariis militibus, transfiere ad regem: ex ceterio primi pilii tertiae legionis per munitionem, quam, uti defenderet, accepérat, locum hostibus introeundi dedit: eaq. Numidac cuncti irrupere. nostri foeda fuga, plerique abiectis armis, proximum collem occupauere. nox, atque praeda castrorum, hostes, quo minus uictoria uerentur, remorata sunt. deinde Iugurtha postero die cū Aulo in colloquio uerba facit: tametsi ipsum cum exercitu fame, ferroq. clausum tenet, tamen se humanarum rerum memorem: si secum foedus faceret. incolumes omnes sub iugum missurum: praeterea, uti diebus decem Numidia decederet. Quae quamquam grauia, & flagitiū plena erant: tamen, quia mortis metu mutabantur, sicuti regi libuerat, pax conuenit. Sed, ubi ea Romae comperta sunt; metus, atque maerior ciuitatem inuadere: pars dolere pro gloria imperij: pars insolita rerum bellicarum timere libertati: Aulo omnes infestis, ac maxime qui bello saepe praeclaris fuerat, quod armatus dedecore potius, quam manu, salutem quaesierit. Ob ea consul Albinus, ex delicto fratris iniuidiam, ac demum periculum timens, senatum de foedere consulebat: & tamen interim exercitui supplementum scribere: ab socijs & nomine Latino auxilia accersere, denique omnibus modis festinare. Senatus ita, uti par fuerat, decernit, suo atque populi iniussu nullum potuisse foedus fieri. consul impeditus a tribunis pl. ne, quas

H 4 para-

parauerat copias , secum portaret , paucis diebus
in Africam profiscitur . nam omnis exercitus ,
uti conuenerat , Numidia deductus in prouincia
hiemabat . Postquam eò uenit ; quamquam perse
qui Iugurtham , & mederis fraternalae inuidiae ani
mo ardebat ; cognitis militibus , quos , praeter su
gam , soluto imperio , licentia , atque lasciuia cor
ruperat , ex copia rerum statuit nihil sibi agitan
dum . Interea Romae C. Mamilius Limitanus tri
bunus pl. rogationem ad populum promulgat , ut
quaereretur in eos , quorum consilio Iugurtha se
nati de creta neglexisset ; quiq. ab eo in legatio
nibus , aut imperijs pecunias accepissent ; qui ele
phantos , quiq. perfugas tradidissent ; item , qui
de pace , aut bello cum hostibus pactiones fecissent .
Huic rogationi partim conscij sibi , alijs ex partii
inuidia pericula metuentes , quoniam aperte resi
stere non poterant , quin illa , & alia talia place
re sibi faterentur , occulte per amicos , ac maxi
me per homines nominis Latini , & socios Italico
impedimenta parabant . sed plebes , incredibili
memoratu est , quām intenta fuerit , quamtaq. ui
rogationem iussit , decreuerit , uoluerit , magis o
dio nobilitatis , cui mala illa parabantur , quam
cura reip. tamta libido in partibus erat . Igitur ,
ceteris metu percussis , M. Scaurus , quem lega
tum Besliae fuisse supra docuimus , inter laeti
tiam plebis , & suorum fugam , trepida etiam
tum ciuitate , cum ex Mamilij rogatione tres qua
sitores

sidores roga rentur , effecerat , ut ipse in eo nume
ro crearetur . sed , quae stione exercita aspere , uiol
enterq. ex rumore , & libidine plebis , ut saepe no
bilitatem , sic ea tempestate plebem ex secundis re
bus insolentia ceperat . Ceterum mos partium po
pularium , & senatus factionum , ac deinde om
nium malarum artium , paucis ante annis Romae
ortus est otio , atque abundantia earum rerum ,
quae prima mortales ducunt . nam ante Carthagi
nem deletam , populus , & senatus R. placide , mo
deste q. inter se remp. tractabant : neque gloriae ,
neque dominationis certamen inter ciues erat :
metus hostilis in bonis artibus ciuitatem retine
bat . sed ubi illa formido mentibus decessit ; sci
licet ea , quae secundae res amant lasciuia , atque su
perbia incessere . ita , quod in aduersis rebus opta
uerant , otium postquam adepti sunt , asperius ,
acerbius q. fuit . namque coepere nobilitas dignita
tem in superbiam , plebes libertatem in libidinem
uertere : sibi quisque ducere , trahere , rapere . ita
omnia in duas partes abstracta sunt . resp. quae me
dia fuerat , dilacerata . ceterum nobilitas factio ne
magis pollebat : plebis uis soluta , atque in mul
titudine dispersa , minus poterat . paucorum ar
bitrio belli , domiq. agitabatur : penes eosdem
aerarium , prouinciae , magistratus , gloriae ,
triumphiq. erant : populus militia , atque inopia
urgebatur , praedas bellicas imperatores cum pau
cis diripiabant . Interea parentes ; aut parui libe
ri

rimilitum, uti quisque potentiori confinis erat, sedibus pellebantur. ita cum potentia auaritia sine modo, modestiaq; inuadere, polluere, & uastare omnia: nihil pensi, neque sancti habere, quo ad semet ipsa praecipitauit. nam ubi primum ex nobilitate reperti sunt, qui ueram gloriam iniustae potentiae anteponerent: moueri ciuitas, & dissensio ciuilis, quasi permisio terrae, oriri coepit. Nam postquam Tiberius, & C. Gracchus, quorum maiores Punico atque alijs bellis multum reip. addiderant, vindicare plebem in libertatem, & paucorum scelerata patefacere coepere: nobilitas noxia, atque eo perculsa, modo persocios, ac nomen Latinum, interdum per equites Romanos, quos spes societatis a plebe dimouerat, Gracchorum actionibus obuiam ierat: & primo Tiberium, dein paucos post annos eadem ingredientem Caium, tribunum pl. alterum, alterum triumvirum colonijs deducendis, cum M. Fulvio Flacco ferre necanerat. sane Gracchis, cupidine uitioriae, haud satis moderatus animus fuit. sed bono una satius est, quam malo more iniuriam uincere. Igitur ea uistoria nobilitas ex libidine sua uisa, multos mortales ferro aut fuga extinxit; plusq; in reliquum sibi timoris, quam potentiae, addidit: quae res plerunque magnas ciuitates pessumadedit: dum alteri alteros uincere quovis modo, & uitios acerbis ulcisci uolunt. Sed de studijs partium, & omnibus ciuitatis mōribus si singillatim, aut pro magistrinu-

I V G V R T H I N V M. 50
gnitudine parem differere; tempus, quam res, maturius me deseret. quamobrem ad inceptum redeo. Post Auli foedus, exercitusq; nostri foedam fugam, Metellus, & Silanus consules designati, prouincias inter se partiuerant: Metelloq; Numidia euenerat, acri uiro, & quamquam aduerso populi partibus, fama tamen aequabili, & inuolata. is ubi primum magistratum ingressus est; alia omnia sibi cum collega communia ratus, ad bellum, quod gesturus erat, animum intendit. igitur diffidens ueteri exercitui, milites scribere: praesidia undique accersere: arma, tela, equos, & cetera instrumenta militiae parare, ad hoc commeatuni affatim, denique omnia, quae in bello uario, & multarum rerum engenti, usui esse solent. Ceterum ad ea patranda senatus auctoritate, socij, nomenq; Latinum, & reges ultrro auxilia mittendo, postremo omnis ciuitas summo studio adnitebatur. itaque, ex sententia omnibus rebus paratis, compositisque, in Numidiam proficiscitur, magna spe ciuium, cum propter bonas artes, tum maxime quod aduersum diuitias iniustum animum gerebat: & auaritia magistratum ante id tempus in Numidia nostrae opes contusae, hostiumq; austae erant. sed, ubi in Africam uenit, exercitus ei traditur a Sp. Albinoproconsule, iners, imbellis, neque periculi, neque laboris patiens, lingua, quam manu, promptior, praedor ex socijs, & ipse praeda hostium, sine

sine imperio, & modestia: habitus. ita imperatori nouo plus ex malis moribus sollicitudinis, quam ex copia militū auxiliij, aut bonae spei, accedebat. Statuit tamen Metellus, quamquam & aestiuorum tempus comitiorum mora imminuerat; & exspectatione euentus, ciuium animos intentos p̄tabat; non prius bellum attingere, quam maiorum disciplina milites laborare coegisset. nam Albinus, Auli fratis, exercitusq. clade percussus, postquam decreuerat non egredi prouincia, quantum temporis aestiuorum in imperio fuit, plerumque milites in statuis castris habebat, nisi cum odor, aut pabuli egestas locum mutare subegerat, sed neque more militari uigiliae ducebantur: nisi cuique libebat, ab signis aberat. lixae permisſum militibus diu, noctuq. uagabantur: & palantes agros uastare, uillas expugnare, pecoris, & mancipiorum praedas certatim agitare: eaq. mutare cum mercatoribus uino adueſſicio, & alijs talibus: praeterea, frumentum publice datum uendere, panem in dies mercari: postremo, quaecumque dici, aut fingi queunt ignaviae, luxuriaecq. probra, in illo exercitu cuncta fuere, & alia amplius. sed in ea difficultate Metellum non minus, quam in rebus hostilibus, magnum, & sapientem uirum fuisse comperior, tamta temperantia inter ambitionem, facuitiamq. moderatum: namque editio primum adiumenta ignaviae sustulisse, ne quisquam in castris panem, aut quem alium

coctum

coctum cibum uenderet: ne lixae exercitum seque rentur: ne miles gregarius in castris, ne ue in agmine seruum, aut iumentum haberet: ceteris arētē modum statuisse: praeterea, transuersis itineribus quotidie castra mouere: iuxta ac si hostes adessent, uallo, atque fossa munire: uigilias crebras ponere, & eas ipſe cum legatis circuire: itē in agmine in primis modo, modo in postremis, saepe in medio adesse, ne quisquam ordine egredetur: ut, cum signis frequentes incederent, miles cibum, & arma portaret. ita prohibendo a delictis magis, quam vindicando, exercitum breui confirmauit. Interea Iugurtha ubi, quae Metellus, agebat ex nuncijs accepit; simul de innocentia eius certior Romæ factus, diffidere suis rebus, actum demum ueram deditioñem facere conatus est. igitur legatos ad consulem cum supplicijs mittit, qui tantummodo ipſi, liberisq. uitam peterent, alia omnia dederent populo R. Sed Metello iam antea experimentis cognitum erat, genus Numidarum infidum, ingenio mobili, nouarum rerum quidum esse. itaque legatos alium ab alio diuersos aggreditur: ac paullatim tentando, postquam opportunos sibi cognouit, multa pollicendo persuadet, uti Iugurham maxime uiuum, si id parum procedat, necatum sibi traderent: ceterum palam, quae ex uoluntate forent, regni nunciari iubet. deinde ipſe paucis diebus, intento, atque inseſto exercitu in Numidiā procedit: ubi,

con-

contra bellum faciem, tuguria plena horinum, pecora, cultoresq. in agris erant: ex oppidis, & malibus, praefecti regis obuiam procedebant, parati frumentum dare, commeatum portare, postremo omnia, quae imperarentur, facere. neque Metellus iccirco minus, sed pariter ac si hostes ad essent, munito agmine incedere, late explorare omnia, illa ditionis signa ostentui credere, & insidijs locum tentare. itaque ipse cum expeditis cohortibus, item funditorum, & sagittariorum delecta manu apud primos erat: in postremo C. Marius legatus cum equitibus curabat: in utrumque latus auxiliarios equites tribunis legionū, & praefectis cohortium dispersiuerat: ut cum his permisi uelites, quocumque accederent, equitatus hostiū propulsarent. nam in Iugurtha tamtus dolus, tamq. peritia locorum, & militiae inerat, ut, absens an praesens, pacem an bellum gerens pernicioſior effet, in incerto haberetur. Erat haud longe ab eo itinere, quò Metellus pergebat, oppidum Numidarum, nomine Vacca, forum rerum uenialium totius regni maxime celebratum; ubi & incolere, & mercari consueuerant Italici generis multi mortales. hic consul, simul tentandi gratia, & si paterentur opportunitates loci, praefidū imposuit: practerea imperauit frumentum, & alia, quae bello usi forent, comportare: ratus id, quod res monibat, frequentiam negotiatorum, & commeatum ius saturum exercitum, et iam para-

I V G V R T H I N V M. 52
tis rebus munimento fore. Inter haec negotia Iugurtha impensis modo legatos supplices mittere, pacem orare: praeter suam, liberorumq. uitam, omnia Metello dedere. quos item consul, uti priores, illectos ad proditionem domum dimittebat: regi pacem, quam postulabat, neque abnuere, neque polliceri, & inter eas moras promissa legatorum expectare. Iugurtha ubi Metelli dicta cum factis composuit, ac suis se artibus tentari animaduertit; quippe cui uerbis pax nunciabatur, ceterum re bellum asperrium erat, urbs maxima alienata, ager hostibus cognitus, animi popularium tentati; coactus rerum necessitudine, statuit armis certare. igitur, explorato hostium itineri, in spē uictoriae adductus ex opportunitate loci, quam maximas potest copias omnium generū parat, ac per tramites occultos exercitum Metelli attenuavit. Erat in ea parte Numidiae, quam Adherbal in diuīsione possederat, flumen a meridie oriens, nomine Muthul: a quo mons aberat ferme millia passuum xx tractu pari, uastus ab natura, et humano cultu: sed ex eo medio quasi collis oriebatur in immensum pertingens, uestitus oleastro, ac myrtetis, alijsq. generibus arborum, quae humi ariido, atque arenoso gignuntur. media autem plainicies deserta, paenuria aquae, praeter flumini propinquā loca. ea consta arbustis, pecore atque cultoribus frequentabantur. igitur in eo colle, quem transuerso itinere porrectum docuimus. Iugurtha exte-

extenuata suorum acie confedit: elephantis, et parti copiarum pedestrium Bomilcarem praefecit; eumq. edocet, quae ageret: ipse propior montem cum omni equitatu, & peditibus delectis suis collocat: dein singulas turmas, & manipulos circuiens monet, atque obtestatur, uti memores priscae uirtutis, uictoriae, seſe, regnumq. suum ab Romanorum avaritia defendant: cum ipsis certamine fore, quos antea uitios sub iugum miserint: ducem illis, non animum, mutatum: quae ab imperatore decuerint, omnia suis prouisa: locum superiore rem, uti prudentes cum imperitis, ne pauciores cū pluribus, aut rudes cum bello melioribus manum consererent: proinde parati, intenti q. effent, signo dato, Romanos inuadere: illum diem aut omnes labores, & uictorias confirmaturum, aut maximum aerumnarum initium fore. ad hoc uiritim, uti quemque ob militare facinus pecunia, aut honore extulerat, commonefacere beneficij sui, & eum ipsum alijs ostentare: postremo, pro cuiusque ingenio pollicendo, minitando, obtestando, alium alio modo excitare: cum interim Metellus, ignarus hostium, monte degrediens cum exercitu conspicatur. primo dubius, quidnam insolita facies ostenderet, (nam inter uirgulta equi, Numidae confederant, neque plane occultati humilitate arborum, & tamen, quidnam esset, incerti, cum naturali loci, tum dolo ipsi, atque signa militaria, obscurati) dein, breui cognitis insidijs,

paullisper agmen constituit. ibi commutatis ordinibus, in dextro latere, quod proximum hostibus erat, triplicibus subsidijs aciem instruxit: inter manipulos funditores, & sagittarios dispergit: equitatum omnem in cornibus locat: ac panca pro tempore milites cohortatus, aciem, sicuti instruxerat, transuersis principijs in planum ducit. sed, ubi Numidas quietos, neque colle degredi animaduertit, ueritus ex anni tempore, & inopia aquae, ne siti conficeretur exercitus, Rutiliu[m] legatum cum expeditis cohortibus, et parte equitum praemisit ad flumen, uti locum castris ante caperet, existimans hostes crebro impetu, & transuersis proclijs iter suum remoraturos, & quonia[m] armis diffiderent, lassitudinem & sitim militum tentaturos. deinde ipse pro re, atque loco, sicuti monte descenderat, paullatim procedere: Marium post principia babere: ipse cum sinistrae alae equiti bus esse, qui in agmine principes facti erant. At Ingorutha, ubi extrellum agmen Metelli primos suos praetergressum uidet, praesidio quasi duum millium peditum montem occupat, quā Metellus descenderat: ne forte cedentibus aduersarijs receperit, ac post munimento foret: dein, repente signo dato, hostes inuadit. Numidae alijs postremos caedere: pars a sinistra, ac dextra tentare: infensi adesse, arque instare, omnibus locis Romanos ordines conturbare. quorum etiam qui firmioribus animis obuij hostibus fuerant, ludificati incerto

proelio ipsi modo eminus sauciabantur, neque contra feriendi aut conferendi manum copia erat. anteiam docti ab Iugurtha equites, ubi Romanorum turma insequi cooperat, non confertim, neque in unum se se recipiebant, sed alius alio quam maxime diversi. ita numero priores, si a perseque do hostes deterrire nequievant, despectos ab tergo, aut lateribus circumueniebant: si opportunior figurae collis, quidam campi fuerant; et uero consueti Numidarum equi facile inter uirgulta euadere; nostros asperitas, & insolentia loci retinebat. ceterum facies totius negotij uaria, incerta, foeda, atque miserabilis. dispersi a suis, pars cedere, alii insequi: neque signa, neque ordines obseruare: ubi quemque periculum ceperat, ibi resistere, ac propulsare: arma, tela, equi, uiri, hostes, ciues permixti, nihil consilio, neque imperio agi: fors omnia regere. itaque multum diei processerat, cum etiam tum euentus in incerto erat. denique, omnibus labore, & aestu languidis, Metellus, ubi uidet Numidas minus instare, paullatim milites in unum conductit: ordines restituit, & cohortes legionarias quattuor aduersus pedes hostium collocat. eorum magna pars superioribus locis fessa confederat. simul orare, & hortari milites, ne deficerent, neu paterentur hostes fugientes uincere: neque illis castra esse, neque munimentum ullum, quo cedentes tenderent: in armis omnia sita. Sed nec Iugurtha quidem interea quie-

tus

tus erat: circuire, hortari, renouare proelium, & ipse cum delectis tentare omnia: subuenire suis, hostibus dubijs instare; quos firmos cognouerat, eminus pugnando retinere. Eo modo inter se duo imperatores, summi uiri, cartabant. ipsi pares, ceterum opibus diffaribus. nam Metello uirtus militum erat, locus aduersus: Iugurthae alia omnia, praeter milites, opportuna. Denique Romani, ubi intelligunt neque sibi profugium esse, neque ab hoste copiam pugnandi fieri; & iam die uester aderat; aduerso colle, sicuti praeceptum fuerat, euadunt. amissi loco Numidae fusi, fugatiq. pauci interiere: plerosque uelocitas, & regio hostibus ignarata tanta sunt. Interea Bomilcar, quem elephantis, & parti copiarum pedestrum praefectum ab Iugurtha supra diximus, ubi eū Rutilius prætergressus est, paullatim suos in aequum locum deducit: ac, dum legatus ad flumen, quod praemissus erat, festinans pergit, quietus, uti res postulabat, aciem exornat: neque remittit intrcum, quid ubique hostis ageret, explorare. postquam Rutilium m confidisse iam, & animo uacuum accepit, simulq. ex Iugurthae proelio clamorem augeri, ueritus ne legatus, cognitare, laborantibus suis auxilio foret, aciem, quam diffidens uirtuti militum arête statuerat, quo hostium itineri officeret, latius porrigit; eoq. modo ad Rutilij castra procedit. Romani ex improviso pulueris uim magnam animaduertunt. nam prospicuum ager arbustis confitus

I 2 prohib-

prohibebat. Et primo rati humum aridam uento agitari: post, ubi aequabilem manere, & sicuti aries mouebatur, magis magisq. appropinquare uident; cognita re properantes arma capiunt, ac pro castris, sicuti imperabatur, consistunt. deinde, ubi proprius uentum est, utrinque magno clamore concurritur. Numidae tamtummodo remorati, dum in elephantis auxilium putant, postquam eos impeditos ramis arborum, atque ita difieatos circumueniri uident, fugam faciunt: ac plerique, abiectis armis, collis, aut noctis, quae iam aderat, auxilio integri abeunt. elephanti quatuor capti, reliqui omnes, x i. numero, interfici. At Romanii quamquam itinere, atque opere castrorum, & proelio fessi, lassiq. erant: tamen, quod Metellus amplius opinione morabatur, instructi, intenti, obuiam procedunt. nam dolus Numidarum nihil languidi, neque remissi patiebatur, ac primo obscura nocte, postquam haud procul inter se erant, strepitu, uelut hostes aduentaret, alteri apud alteros formidinem simul, & tumultum facere: & paene imprudentia admissum facinus miserable, ni utrinque praemissi equites rem explorauissent. igitur pro metu repente gaudium exortum. milites alius alium laeti appellant, acta edocent, atque audiunt: sua quisque fortia facta ad caelum effert. Quippe res humanae ita se habet: in uictoria uel ignavis gloriari licet: aduersae res etiam bonos detrectant. Metellus in iisdem castris quattriduo

quattriduo moratus, saucios cum cura reficit, meritos in proelij more militiae donat, uniuersos in concione laudat, atque agit graitas: hortatur, ad cetera, quae leuis sunt, parem animum gerant: pro uictoria satis iam pugnatum, reliquos labores pro praeda fore. tamen interim transfugas, & alios opportunos, Iugurtha ubi gentium, aut quid agitaret, cum paucis ne esset, an exercitum haberet, ut se se uictus gereret, exploratum misit. At ille se in loca saltuosa, & natura munita recipiebat: ibi. cogebat exercitum numero hominum ampliorem, sed hebetem, infirmum, agri ac percoris magis, quam belli, cultorem. id ea gratia eueniebat, quod praeter regios equites nemo omnium Numidarum ex fuga regem sequitur: quod cuiusque animus fert, eò discendunt: neque id flagitium militiae dicitur. ita se mores habent. Igitur Metellus, ubi uidet animum regis etiam tum ferocem esse; bellum renouari, quod nisi ex illius lubidine geri non posset; praeterea iniquum certamen sibi cum hostibus esse; minore detimento illos uinci, quam suos uincere: statuit non proelij, neque acie, sed alto more bellum gerundum. itaque in loca Numidae opulentissima pergit: agros uasflat: multa castella, & oppida, temere munita, aut sine praesidio, capit, incenditq.: puberes interfici iubet, alia omnia militū esse praedam. ea formidine multi mortales Romanis dediti obides: frumentum, & alia, quae usui forent, affatim prae-

bita: ubicumque res postulabat, praesidium impositum. Quae negotia multo magis, quam proelium male pugnatum ab suis, regem terrebant. quippe cuius spes omnis in fuga sita erat, sequi cogebatur; & qui sua loca defendere nequiuferat, in aliis bellum gerere. tamen ex inopia, quod optimum uidebatur, consilium capit: exercitum plurunque in iisdem locis opperiri iubet: ipse cum delectis equitibus Metellum sequitur: nocturnis, & aujs itineribus ignoratus, Romanos palantes re-pente aggreditur. eorum plerique inermes cadunt, multi capiuntur: nemo omnium intactus profugit: et Numidae prius quam ex castris subuenirentur, sicuti iussi erant, in proximos colles discedunt. Interim Romae gaudiū ingens ortum cognitis Metelli rebus: ut seque, et exercitum more maiorum gereret: in aduerso loco uictor tamen uirtute fuisset: hostium agro potiretur: Ingurtham, magnificum ex Aulī socioria, spem salutis in solitudine, aut fuga coegisset habere. itaque senatus ob ea feliciter acta dijs immortalibus supplicia decernere: ciuitas trepida antea, sollicita de belli enetu, laeta agere: de Metello fama praeclara esse. Igitur eo intentior ad uictoriā niti: omnibus modis festinare: cauere tamen, nec ubi hosti opportunitus fieret: meminisse, post gloriam inuidiam sequi. ita, quo clarior, eo magis anxius erat: neque post insidias Ingurthae effuso exercitu praedari. ubi frumento, aut paupero opus erat, cohortes cum omni equi-

equitatū praesidium agitabant: exercitus partem ipse, reliquos Marius ducebat. sed igni magis, quam praeda, ager uastabatur. duobus locis haud longe inter se castra faciebant. ubi uii opus erat, cuncti aderant: ceterum, quo fuga, atque formido latius cresceret, diuersi agebant. Eo tempore Ingurtha per colles sequi: tempus, aut locum pugnac querere: quāuenturum hostem audierat, pabulum, & aquarum fontes, quorum pacuria erat, corrumpere: modo se Metello, interdum Maijo ostendere: postremos in agmine tentare, ac statim in colles regredi: rursus alijs, post alijs minori: neque proelium facere, neque otium pati, iamtummodo hostem ab incepto retinere. Romanus imperator ubi se dolis fatigari uidet, neque ab hoste copiam pugnandi fieri; urbem magnam, & in ea parte, qua sita erat, arcem regni, nomine Zamam, statuit oppugnare, ratus id, quod negotium poscebat, Ingurtham laborantibus suis auxilio uenturum, ibiq. proelium fore. At ille, quae parabantur, a perfugis edocitus, magnis itineribus Metellum anteuenerit: oppidanos hortatur, moenia defendat, additis auxilio perfugis: quod genus ix copijs regis, quia fallere nequibat, firmissimum erat. praeterea pollicetur, in tempore semet cum exercitu adfore. ita compositis rebus, in loca quammaxime occulta discedit, ac post paullo cognosci, Marium ex itinere frumentatum cum paucis cohribus Siccām missum, quod oppidum pri-

mum omnium post malam pugnam ab rege defecerat . eò cum delectis equitibus noctu pergit , & iā egredientibus Romanis in porta pugnam facit : simul magna uoce Siccenses hortatur , uti cohortes ab tergo circumueniant : fortunam illis praeclari facinoris casum dare , si id fecerint : postea sēse in regno , illos in libertate sine metu actatem asturos . Ac ni Marius signa inferre , atque euadere oppido properauisset , profecto cuncti , aut magna pars Siccensium fidem mutauissent . tanta mobilitate sēse Numidae gerunt . sed milites Iugurthini paucisper ab rege sustentati , postquam maiore ui hostes urgent , paucis amissis profugi discedunt . Marius ad Zamam peruenit . id oppidum in campo situm , magis opere , qudm natura munitum erat , nullius idoneae rei egens , armis uirisq. opulentum igitur Metellus , pro tempore , atque loco parati . rebus , cuncta moenia exercitu circumuenit : legitis imperat , ubi quisque curaret : deinde , signo cauto , undique simul clamor ingens oritur . neque ares Numidas terret : inferni , intentiāq. sine tumultu manent : proelium incipitur . Romani pro ingenio quisque , pars eminus glande , aut lapilibus pugnare : alijs succedere , ac murum modo iufodere , modo scalis aggredi , cupere proelium nannibus facere . Contra ea oppidani in proximo . saxa uoluere , sudes , pilas ; praeterea picem , & sulphure taedam mistam ardenti mittere . sed n illos quidem , qui procul manferant , timor animi satis muni-

muniuerat . nam plerosque iacula , tormentis , aut manu emissā , uulnerabant : pariq. periculo , sed fama impari , boni , atque ignauī erant . Dum apud Zamam sic certatur , Iugurtha ex improuiso castra hostium cum magna manu inuadit : remissis , qui in praefidio erant , & omnia magis , quam proelium , exspectantibus , portam irrumpit . At nostri , repentina metu percussi , sibi quisque pro moribus consulunt : alijs fugere , alijs arma capere : magna pars uulnerati , aut occisi . ceterum ex omni multitudine non amplius x l . memores nominis Romani , grege factō locum cepere paulo , quam alij , editiorem : neque inde maxima ui deppelli quiuerunt : sed tela eminus missa remittere , pauci in pluribus minus frustrari : sin Numidae propius accessissent , ibi uero uirtutem ostendere , & eos maxima ui caedere , fundere , atque fugare . Interim Metellus , cum acerrime rem gereret , cladem & tumultum hostilem a tergo accepit : deinde , conuerso equo , animaduertit fugam ad se uersum fieri . quae res indicabat populares esse . igitur equitatū omnem ad castra propere misit , ac statim C. Marium cum cohortibus sociorum ; eumq. lacrymans per amicitiam , perq. remp. obsecrat , ne quam cōtumeliam remanere in exercitu uictore , ne ue hostes inultos abire finat . ille breui mandata efficit . at Iugurtha munimento castrorum impeditus , cum alijs super uallum praccipitarentur , alijs in angustijs ipsi sibi properantes officient ,

rent, multis amissis in loca munita se se recipit. Me tellus, infecto negotio, postquam nox aderat, in castrum exercitu reveritur. Igitur postero die, prius quam ad oppugnandum egredetur, equitatum omnem in ea parte, quod regis aduentus erat, pro castris agitare iubet: portas, & proximala loca tribunis dispergit: deinde ipse pergit ad oppidum, atque, uti superiore die, murum aggreditur. Interim Iugurtha ex occulto repente nostros inuidit. qui in proximo locati fuerant, paullisper territi perturbantur: reliqui cito subueniunt, neque diutius Numidae resistere quiuiscent, ni perdites cum equitibus permisisti, magnam cladem con gressu facerent: quibus illi freti, non uti equestri proelio solet, sequi, dein cedere, sed aduersis e- quis concurrere, implicare, ac perturbare aciem: ita, expeditis peditibus suis, hostes paene uitios da re. Eodem tempore apud Zamam magna uicertabatur. ubi quisque legatus, aut tribunus curabat, eò acerrime niti, neque aliis in alio magis, quam in se, spem habere: pariterq. oppidanis age re, oppugnare, aut parare omnibus locis: audiens alteri alteros sauciare, quam semet tegere. clamor permisitus hortatione, lactitia, gemitu: item strepitus armorum ad caelum ferri: tela utrinque uolare. sed illi, qui mocnia defensabant, ubi hostes paullulum modo pugnam remiserant, intenti proelium equestre prospctabant. eos, uti quaeque Iugurthae res erant, laetos modo, modo panidos.

ani-

animaduerteres: ac, sicuti a suis audiri, aut cerni possent, monere alij, alij hortari, aut manu significare, aut niti corporibus: hic, & illuc, quasi uitabundi, aut iacentes tela, agitare. Quod ubi Mario cognitum est, (nam is in ea parte curabat) consulto lenius agere, ac diffidentiam rei simulare: pati Numidas sine tumultu, regis proelium uisere. ita, illis studio suorum astribitis, repente magna uimurum aggreditur: & iam scalis egressi milites, prope summa ceperant, cum oppidanis concurrunt, lapidesque, & ignem, praeterea alia tela in gerunt. nostri primo resistere: deinde, ubi unae, atque alterae scalae comminutae, qui supersteterant afflucti sunt: ceteri, quoquo modo potuere, pauci integrri, magna pars confecti uulneribus, abeunt. denique utrinque proelium vox diremit. Metellus postquam uidet, frustra incepit, neque oppidum capi, neque Iugurham, nisi ex insidijs, aut suolo co pugnam facere, & iam aestatem exactam esse, ab Zama discedit; & in ijs urbis, quae ab rege defecerant, satisiq. munitae loco, aut moenibus erant, praesidia imponit. ceterum exercitum in prouincia, quae proxima est Numidae, biemandi gratia collocat. neque id tempus ex aliorum more quieti, aut luxuriaie concedit, sed, quoniam armis bellum parum procedebat, insidijs regi per amicos tendere, & eorum perfidia pro armis uti parat. igitur Bomilcarem, qui Romae cum Iugurtha fuerat, & inde, uadibus datis,

de

de Massuae nece, clam iudicium fugerat, quod ei per maximam amicitiam maxima copia fallendi erat, multis pollicitationibus aggreditur: ac primo efficit, ut ad se colloquendi gratia occultus ue- niat: deinde, fide data, si Iugurtham uiuum, aut necatum sibi tradidisset, fore, ut illi senatus im- punitatem, & sua omnia concederet, facile Nu- midae persuadet, cum ingenio infido, tum metue- ri, ne, si pax cum Romanis fieret, ipse per condi- tiones ad supplicium traduceretur. is, ubi primum opportunum fuit, Iugurtham anxium, ac miseran- tem fortunas suas accedit: monet, atque lacry- mans obtestatur, uti aliquando sibi, liberisque, & genti Numidarum, optime meritae, prouideat: o- mnibus proelijs se se uictos, agrum uastatum, mul- tots mortales captos, occisos, regni opes comminu- tas esse: satis saepe iam & uirtutem militum & fortunam tentatam: caueat, ne, illo cunctante, Numidae sibi consulant. his, atque talibus alijs ad deditiōnēm animūm regis impellit. mittuntur ad imperatōrem legati, qui Iugurtham imperata facturum dicērēt, ac sine ulla pāctiōne sēsē, re- gnumq. suū in illius fidē tradere. Metellus pro- pere cunctos senatorij ordinis ex hibernis accersi- ri iubet: eorum, atque aliorum, quos idoneos duce- bat, consilium habet. ita more maiorum, ex consilijs decreto, per legatos Iugurthae imperat, argenti pondo ducenta millia, elephantes omnes, equo- rum, & armorum aliquantulum. Quae postquam

sine

sine mora facta sunt, iubet omnes perfugas uin- etos adduci. eorum magna pars, uti iussum erat, adducti: pauci, cum primum deditio coepit, ad re gem Bocchum in Mauritaniā abierant. Igitur Iugurtha, ubi armis, uirisq., & pecunia spolia- tus est, cum ipse ad imperandum Tisdrum vocare- tur, rursus coepit flebtere animum suum, & ex mala conscientia dignatimere. denique, multis die bus per dubitationem consumptis, cum modo tae- dio rerum aduersarum omnia bello potiora duce- ret; interdum secum ipse reputaret, quād grauis casus in seruitium ex regno foret; multis, ma- gnisq. praesidijs nequidquam perditis, deintegro bellum sumit. & Romae senatus, de prouincijs con- sultus, Numidiam Metello decreuerat. Per idem tempus Uticae forte C. Mario, per hostias dijs sup- plicant, magna, atque mirabilla portendi haru- spex dixerat: proinde, quae animo agitabat, fructus dijs ageret: fortunam quam saepissime experiretur: cuncta prospere euentura. At illum iam antea con- sulatus ingens cupidō exagitabat: ad quem capiun- dum, praeter uetus statem familiae, alia omnia abunde erant, industria, probitas, militiae ma- gna scientia, animus belli ingens, domi modicus, libidinis, & diuitiarum uitior, tam tummodo gloriae auditus. sed is natus, & per omnem pue- ritiam Arpini alitus, ubi primum aetas mili- tiae patiens fuit, stipendijs faciundis, non Græca facundia, neque urbanis munditijs sese exercuit:

ita

ita inter artes bonas integrum ingenium breui adolenit. ergo ubi primum tribunatum militum a populo petit, plerisque faciem eius ignorantibus facile notus per omnes tribus declaratur. deinde ab eo magistratu alium post alium sibi peperit: semperq. in potestatibus eo modo agitabat, ut ampliore, quam gerebat, dignus haberetur. tamen is ad id locorum talis uir (nam postea ambitione praeceps datus est) consulatum appetere non audebat. etiam tum alios magistratus plebes, consulatum nobilitas inter se per manus tradebat. natus nemo tam clarus, neque tam egregius fatus erat, quin is indignus illo honore, & quasi pollutus haberetur. igitur, ubi Marius haruspicis dicta eodem, quod cupidio animi hortabatur, intendere uidet, ab Metello petendi gratia missionem rogat: cui quamquam uirtus, gloria, atque alia optanda bonis superabant, tamen inerat contemptor animus, & superbia, commune nobilitatis malum. itaque primum commotus insolita re, mirari eius consilium, & quasi per amicitiam mone re, ne tam praua inciperet, neu super fortunam animum gereret: non omnia omnibus cupienda es se: debere illi res suas satis placere: postremo caueret id petere a populo R. quod illi iure negaretur. postquam haec, atque alia talia dixit, neque animus Marij flectitur; respondit, ubi primum potuisse per negotia publica, facturum se, quae peteret, ac postea saepius eadem postulanti fertur dixisse,

dixisse, ne festinaret abire: satis mature illum cum filio suo consulatum petiturum. is eo tempore contubernio patris ibidem militabat, annos natus circiter xx. quae res Marium cum pro honore, quem affectabat, tum contra Metellum ueberenter accenderat. ita cupidine, atque ira, pessimis consultoribus, grassari: neque facto ullo, neque dicto abstinere, quod modo ambitiosum foret: milites, quibus in hibernis praeerat, laxiore imperio, quam antea, habere: apud negotiatores, quorum magna multitudo Uticae erat, criminose simul ac magnifice de bello loqui: dimidia pars exercitus si sibi permitteretur, paucis diebus Iugurtham in catenis habiturum: ab imperatore consueto bellum trahi, quod homo inanis, & regiae superbiae, imperio nimis gauderet. quae omnia illis co firmiora uidebantur, quod diuturnitate belli res familiares corruperant: & animo cupienti nihil satis festinatur. Erat praeterea in exercitu nostro Numida quidam, nomine Gauda, Manastabalis filius, Massanisae nepos, quem Micipsa testamento secundum heredem scriperat, morbis confectus, & ob eam caussam mente paululum immunita. cui Metellus petenti regum more, ut sellam iuxta poneret, item postea custodiae caussa turmam equitum Romanorum, utrumque negauerat: honorem, quod corum modo foret, quos populus R. reges appellauisset: praeedium, quod contumeliosum in eos foret, si equites Romani,

mani, satellites Numidae traderentur. hunc Marius anxium aggreditur, atque hortatur, ut contumeliarum in imperatorem cum suo auxilio paenam petat: hominem ab morbos animo parum uali do secunda oratione extollit: illum regem, ingenitem virum, Massanisae nepotem esse: si Iugurtha captus, aut occisus foret, imperium Numidae sine mora habiturum: id adeo mature posse eueneri, si ipse consul ad id bellum missus foret. itaque et illum, et equites Romanos, milites, et negotiatores, alios ipse, plerosque spes pacis impellit, uti Romam ad suos necessarios aspere in Metellum de bello scribant, Marium imperatorem poscant. sic a multis illi mortalibus honestissima suffragatione consulatus petebatur. simul ea tempestate plebes, nobilitate fusa, per legem Mamiliam nouos extollebat. ita Mario cuncta procedere. Interim Iugurtha, postquam, omissa deditione, bellum incipit, cum magna cura parare omnia, festinare, cogere exercitum: ciuitates, quae ab se defecerant, formidine, aut ostentando praemia affectare: communire suos locos: arma, tela, aliaque, quae spe pacis amiserat, reficere, aut commercari: seruitia Romanorum allucere, et eos ipsos, qui in praesidijs erant, pecunia tentare: prorsus nihil intactum, neque quietum pati: cuncta agitare: igitur Vacenses, quo Metellus initio, Iugurtha pacificante, praesidiū imposuerat, fatigati regis supplicijs, neque antea voluntate alienati, principes ciuitatis

tis inter se coniurant: (nam vulgus, uti plerunque solet, et maxime Numidarum, ingenio mobili, seditionis, atque discordiosum erat, cupidum nostrarum rerum, quieti et otio aduersum) dein, compositis inter se rebus, in diem tertium confitunt, quod is festus celebratusq. per omnem Africam ludum et lasciviam magis, quam formidinem, ostentabat. sed, ubi tempus fuit, centuriones, tribunosq. militares, et ipsum praefectum oppidi T. Turpilium Silanum, alius alium domos suos inuitant: eos omnes, praeter Turpilium, inter epulas obruncant: postea milites palantes, inermos, quippe in tali die, et sine imperio, aggreduntur. idem plebes facit, pars edocili ab nobilitate, alij studio talium rerum incitati, queis acta, consiliumq. ignorantibus tumultus ipse, et res nouae satis placebant. Romani milites, percorsi improuiso metu, incerti ignariq. quid potissimum facerent, trepidare. arcem oppidi, ubi signa, et scuta erant, praesidium hostium, portae ante clausae fugam prohibebant. ad hoc mulieres, pueri q. protectis aedificiorum saxa, et alia, quae locus praebebat, certatim mittere. ita neque cane ri anceps malum, neque a fortissimis infirmissimo generi resisti posse: iuxta boni, malique, strenui, et imbecilles multi obruncari. in ea tamta asperitate, saeuissimis Numidis, et oppido undique clauso, Turpilius praesetus unus ex omnibus Italiciis profugit intactus: id misericordia ne hospitiis

tis, an pactione, an casu ita euenerit, parum comperimus: nisi, quod illi in tanto malo turpis uita integrifama potior fuit, improbus intestabilisq. uidetur. Metellus, postquam de rebus Vaccae actis comperit, paullisper maestus e conspectu abit: deinde, ubi ira, & aegritudo permista sunt, cum maxima cura ultum ire iniurias festinat. legionem, cum qua hiemabat, & quam plurimos potest Numidas equites pariter cum occasu solis expeditos educit: & postera die circiter horam tertiam peruenit in quandam planitatem, locis paullo superioreibus circumuentam. ibi milites fessos itineris magnitudine, & iam abnuentes omnia, docet oppidum Vaccam non amplius mille passuum abesse: decere illos reliquum laborem aequo animo pati, dum pro ciuibus suis, uiris fortissimis, atque miseris, poenas caperet. præterea praedam benigne ostentat. sic animis eorum arrestis, equites in primo latere, pedites quamaretissime pergere, & signa occultare iubet. Vaccenses ubi animaduerte-re ad se uorsum exercitum pergere, primo, uti res erat, Metellum esse rati portas clausere: deinde, ubi neque agros uastari, & eos, qui primi aderat, Numidas equites uident; rursum Iugurtham arbitrati, cum magno gaudio obuij procedunt. equites peditesque, repente signo dato, alij nulgum effusum oppido caedere: alij ad portas festinare: pars turres capere: ira, atque spes praedae amplius, quam laſitudo, posse. ita Vaccenses biduum modo

ex

ex perfidia laetati: ciuitas magna, atque opulenta poenae cuncta, aut praedae fuit. Turpilius, quem praefectum oppidi unum ex omnibus profugisse suu pra ostendimus, iussus a Metello cauſam dicere, postquam sc̄e parum expurgat, condemnatus, uerberatusq. poenas capite soluit. nam is ciui ex Latio erat. Per idem tempus Bomilcar, cuius impulsu Iugurtha deditio[n]em, quam metu deseruit, incep[er]at, suspe[ct]us regi, & ipse eum suspiciens, no[n] uas res cupere: ad pernicie[n]em eius dolum quaerere: diu noctuq. fatigare animum. denique, omnia tenando, socium sibi adiungit Nabdaſam, hominem nobilem, magis opibus clarum, acceptumq. popularibus suis: qui plerunque seorsum ab rege exercitum ductare, & omnes res exsequi solitus erat, quae Iugurthae fesso, aut maioribus adstricto superauerant: ex quo illi gloria, opesque inuentae. igitur utriusque consilio dies insidijs statuitur: cetera, uti res posceret, ex tempore parari placuit. Nabdaſa ad exercitum profectus, quem inter hiberna Romanorum iussus habebat, ne ager inultis hostibus uastaretur. is postquam, magnitudine facinoris percusus, ad tempus non uenit; metusq. rem impediſbat; Bomilcar simul cupidus incepta patrandi, & timore socij anxius, ne, omisso uetere consilio, nouum quaereret; litteras ad eum per homines fideles mittit: in queis mollitatem, sociordiamq. uiri accusare: testari deos, per quos iuſſet: monere, ne praemia Metelli in pestem suam

K 2 con-

conuerteret: *Iugurtha* exitium adesse: ceterum, sua ne, an uirtute Metelli periret, id modo agitari: proinde reputaret cum animo suo, *praemia*, an cruciatum mallet. sed cum eae litterae allatae, forte *Nabdalsa*, exercito corpore fessus, in lecto quiescebat: ubi, cognitis *Bomilcaris* uerbis, primo cura cum, deinde, uti aegrum animum sollet, somnus cepit. erat ei *Numida* quidam negotiorum curator fidus, acceptusque, et omnium consiliorum, nisi nouissimi, particeps. qui postquam allatas litteras audiuit, ex consuetudine ratus opera, aut ingenio suo opus esse, in tabernaculum introiuit: et, dormiente illo, epistolam, super caput in puluino temere positam, sumit, ac perlegit; dein propere, cognitis insidijs, ad regem pergit. *Nabdalsa*, post paullo experrectus, ubi neque epistolam reperit, et rem omnem, uti acta erat, ex perfugis cognouit; primo indicem persecui conatus; postquam id frustra fuit, *Iugurtham* placandi gratia accedit: dicit, quae ipse parauissest facere, perfidia clientis sui praeuenta: lacrymans obtestatur per amicitiam, perq. sua antea fideliter acta, ne super tali scelere suspectum sese haberet. ad ea rex aliter, atque animo gerebat, placide respondit. *Bomilcare*, alijsq. multis, quos socios insidiarum cognouerat, interfectis, iram oppresserat, ne qua ex eo negotio seditio oriaretur. neque post iā locorum *Iugurtha* dies, aut nox ulla quieta fuit: neque loco, neque mortali cuiquam,

aut

aut tempori satis credere: ciues, hostesq. iuxta metuere: circumspectare omnia, et omni strepitu panescere: alio, atque alio loco saepe contra decus regium noctu requiescere: interdum somno excitus, arreptis armis tumultum facere: ita formidine, quasi uerordia, exagitari. Igitur Metellus, ubi de casu *Bomilcaris*, et indicio patescendo ex perfugis cognovit, rursus tamquam ad integrum bellum cuncta parat, festinatque. *Marium*, fatigantem de profectione, simul et inuitum, et offensum sibi parum idoneum ratus, dominum dimittit. et Romae plebes, litteris, quae de Metello ac *Mario* missae erant, cognitis, uolenti animo de ambobus accepserant. imperatori nobilitas, quae antea decorifuerat, inuidiae esse: at illi alteri generis humilitas fauorem addiderat: ceterum in utroque magis studia partium, quam bona, aut mala sua, moderari. praeterea seditioni magistratus vulgus exagittare, Metellum omnibus concionibus capitis arcessere, Marij uirtutem in maius celebrare. denique plebes sic accensa, uti opifices, agrestesq. omnes, quorum res, fidesq. in manibus sitae erant, relictis operibus frequentarent *Marium*, et sua necessaria post illius honorem ducerent. ita perculsa nobilitate, post multas tempestates nouo homini consulatus mandatur: et postea populus a tribuno pl. L. Manlio Mantino rogatus, quem uellet cum *Iugurtha* bellum gerere, frequens *Marium* iussit. sed senatus paullo ante Metello *Numidiam*

decreuerat ea res frustra fuit. Eodē tempore Iugurtha, amissis amicis, quorum plerosque ipse ne cauerat, ceteri formidine, pars ad Romanos, alijs ad regem Bocchum profugerant; cum neque bellum geri sine administris posset, et nouorum fidem in tanta perfidia ueterum experiri periculosum duceret, uarius incertusq. agitabatur: neque illi res, neque consilium, aut quisquam horum satis placebat: itinera, praefectosq. in dies mutare: modo aduersum hostes, interdū in solitudines pergere: saepe in fuga, ac post paullo spem in armis habere: dubitare, uirtuti, an fidei popularium minus crederet. ita, quocumque intenderat, res aduersae erant. Sed inter eas moras repente se se Metellus cum exercitu ostendit. Numidae ab Iugurtha pro tempore parati, instructiq. sunt: deinde proclum incipitur. qua in parte rex pugnae adfuit, ibi aliquamdiu certatum: ceteri omnes eius milites primo congressu pulsi, fugatiique: Romani signorum, et armorum, & aliquanto numero hominum potiti. nam ferme Numidas in omnibus proelijs magis pedes, quādarma, tutati sunt. Ea fuga Iugurtha impensius modo rebus suis disfidens, cum per fugis, & parte equitatus in solitudes, dein Thalam peruenit, in oppidum magnū, & opulentum: ibi q. plerique thesauri, filiorum eius multus pueritiae cultus erat. quae postquam Metello comperta sunt, quamquam inter Thalam, flumenq. proximum, in spatio millium.

quin-

quinquaginta, loca arida, atque hasta esse cognoverat, tamen spe patrandi belli, si eius oppidi potitus foret, omnes aperitates superuadere, ac naturam etiam uincere aggreditur. igitur omnia iumenta sarcinis leuari iubet, nisi frumento dierum x. ceterum ut res modo, & alia aquae idonea portari. praeterea conquirit ex agris quam plurimum potest domiti pecoris: eoq. imponit uasa cuiusque modi, pleraque lignea, collecta ex turgurijs Numidarum. ad hoc finitimiis imperat, qui se post regis fugam Metello dediderant, quam plurimum quisque aquae portaret: diē, locumque, ubi praesto forent, praedicit. ipse ex flumine, quam proximam oppido aquam esse supra diximus, iumenta onerat. eo modo instructus ad Thalam proficiuntur. deinde ubi ad id loci uentum, quō Numidis praeceperat; & castra posita, munitaque sunt: tanta repente caelo missa uis aquae dicitur, ut ea modo exercitui satis superq. foret. praeterea commeatus spe amplior: quia Numidae, sicuti plerique in nona deditione, officia intenderant. ceterum milites religione pluvia magis usi; eaq. res multum animis eorum addiderat. nam rati se se diis immortalibus curae esse. deinde postero die, contra opinionem Iugurthae, ad Thalam perueniunt. oppidani, qui se locorum aperitate munitos crediderant, magna atque insolita re perculti, nibilo segnius bellum parare: idem nostri facere. sed rex nihil iam Metello infectum credens, quippe qui

K 4 omnia

omnia arma, tela, locos, tempora, denique naturam ipsam, ceteris imperitatem, industria uicerat, cum liberis, & magna parte pecuniae ex oppido noctu profugit; neque postea in illo loco amplius una die, aut una nocte moratus. simulabat se negotij gratia properare; ceterum pruditionem timebat, quam uitare posse celeritate putabat: nam talia consilia per otium ex opportunitate capi. At Metellus ubi oppidanos proelio intentos, simul oppidum & operibus, & loco munatum uidet, uallo, fossaq. moenia circumuenit. deinde iubet locis ex copia maxime idoneis uineas agere, superq. aggerem iacere, & super aggerem impositis turribus opus & ministros tutari. contra haec oppidanis festinare, parare, prorsus ab utrisque nihil reliquum fieri. denique Romani, multo ante labore, proelijsq. fatigati, post dies quadragesima, quam eò uentum erat, oppido modo potiti: praede omnis a perfugis corrupta est. hi postquam murum arietibus feriri, resq. suas afflitas uident, aurum, argentumque, & alia, quae prima ducuntur, domum regiam comportant: ibi uino & epulis onerati, illaque, & domum, & semet igni corrumpint: & quas uicti ab hostibus poenas metuerant, eas ipsi uolentes pependere. sed pariter cum capta Thala legati ex oppido Lepti ad Metellum uenerant, orantes uti praefidum, praefectumque eò mitteret: Hamilcarem quemdam, hominem nobilem, factiosum, nouis rebus

studere,

studere, aduersum quem neque imperia magistratum, neque leges ualerent: id ni festinaret, in summo periculo suam salutem, illorum socios fore. nam Leptitani iam inde a principio belli Ingurthini ad Bestiam consulem, & postea Romanam miserant, amicitiam, societatemq. rogatum, deinde, ubi ea impetrata fuere, semper boni, fidelesq. mansere, & cuncta a Bestia, Albino, Metelloq. imperata gnauiter fecerant, itaque ab imperatore facile, quae petebant, adepti. Missae eò cohortes Ligurum quatuor, & C. Annii praefectus. id oppidum ab Sidonijs conditum est, quos accepimus profugos ob discordias ciuiles, nauibus in eos locos uenisse: ceterum situm inter duas Syrites: quibus nomen ex re inditum. nam duo sunt sinus prope in extrema Africa, impares magnitudine, pari natura: quorum proxima terrae praetalia sunt; cetera, uti fors tulit, alta; alia in tempestate uadofa. nam ubi mare magnum esse, & saeuire coepit uentis, limum, arenamque, & saxa ingentia fluctus trahunt: ita facies locorum cum uentis simul mutatur: Syrites ab tractu nomi natae. eius ciuitatis lingua modo conuersa conubio Numidarum legum, cultusq. pleraque Sidonica: quae eo facilius retinebant, quod procul ab imperio regis aetatem agebant. inter illos, & frequenter Numidiam multi uastique loci erant. Sed, quoniam in has legiones per Leptitanorum negotia uenimus, non indignum uidetur, egressum,

gium , atque memorabile facinus duorum Carthaginensium memorare . eam rem nos locus admonuit . Qua tempestate Carthaginenses pleraeque Africæ imperitabant , Cyrenenses quoque magni , atque opulentí fuere . ager in medio arenosus una specie : neque flumen , neque mons erat , qui fines eorum discerneret . quae res eos in magno diuturnoq . bello inter se habuit . postquam utrinque legiones , item classes saepe fusæ , fugataeque , & alteri alteros aliquantum attriverant , heriti ne mox uictos , uiétoresq . defessos aliis aggredieretur , per induitias sponzionem faciunt , uti certo die legati domo proficiscerentur : quo in loco inter se obuij fuissent , is communis utriusque populi finis habebatur . igitur Carthagine duo fratres missi , quibus nomen Philaenis erat , maturauere iter pergere : Cyrenenses tardius iere . id socordia ne , an casu acciderit , parum cognoui . ceterum solet in illis locis tempestas haud secus , atque in mari , retinere . nam , ubi per loca aequalia , & unda gignentium uentus coortus arenam humo excitauit , ea magna ui agitata , ora oculosq . implere solet , ita , prospectu impedito , morari iter . postquam Cyrenenses aliquamto posteriores se se uident , & ob rem corruptam domi poenas metuant ; criminari Carthaginenses ante tempus domo digressos ; conturbare rem ; denique omnia malle , quam uicti abiure . sed cum Poeni aliam condicionem , tantummodo aequam , peterent , Graeci optionem Carthaginiensibus

nienfibus faciunt ; ut uel illi , quos fines populo suo peterent , ibi uiui obruerentur ; uel eadem condicione se se , quem in locum uellent , processuros . Philaeni , condicione probata , seq . , uitamq . suam reip . condonauere : ita uiui obruti . Carthaginenses in eo loco Philaenis fratribus aras consecraere : aliq . illis domi honores instituti . nunc ad rem redeo . Iugurtha postquam amissa Thala , nihil satis firmum contra Metellum putat ; per magnas solitudines cum paucis profectus , peruenit ad Getulos , genus hominum ferum , incultumque , & eo tempore ignarum nominis Romani . eorum multitudinem in unum cogit : ac paulatim consuefacit ordines habere , signa sequi , imperium obseruare , item alia militaria facere . praeterea regis Bocchi proximos magnis muneribus , & maioribus promissis ad studium sui perlicit : queis adiutoribus regem aggressus , impellit , uti aduersum Romanos bellum suscipiat . id ea gratia facilius , procliviusq . fuit , quod Bocchus initio huiuscè bellī legatos Romanam miserat , foedus , & amicitiam petitum . quam rem opportunissimam incepto bello pauci impediuerant , caeci auaritia , queis omnia honesta , atque inhonesta uendere mos erat . etiam antea Iugurtha filia Bocco nupserat . uerum ea necessitudo apud Numidas , Maurosq . leuis ducitur : quia singuli pro opibus , quisque quamplures uxores , denas alij , alij plures habent ; sed reges eo amplius . ita animus multitudine distractitur :

tur: nullam pro socia obtinet: pariter omnes uiles sunt. Igitur in locum ambobus placitum exercitus conueniunt: ibi, sive data, & accepta, Iugurtha Bocchi animum oratione accendit: Romanos iniustos, profusa avaritia, communes omnium hostes esse: eamdem illos caussam belli cum Boccho habere, quam secum, & cum alijs gentibus, libidinē imperitandi, queis omnia regna aduersa sunt: tum se se, paullo ante Carthaginenses, item regem Persen, post, uti quisque opulentissimus uideatur, ita Romanis hostem fore. His, atque alijs talibus dictis. ad Cirtham oppidum iter consti-
tuunt: quod ibi Q. Metellus praedam, captiuosq., & impedimenta locauerat. ita Iugurtha ratus, aut, capta urbe, pretium fore; aut, si Romanus auxilio suis uenisset, proelio se certatueros. nam calidus id modo festinabat, Bocchi pacem imminquere; ne, moras agitando, aliud, quam bellum, mallet. Imperator postquam de regum societate cognouit, non temere, neque uti saepe iam uicto Iugurtha consueverat, omnibus locis pugnandi copiam facit: ceterum, haud procul ab Cirtha castris munitis, reges opperitur, melius esse ratus, cognitis Mauris, quoniam is nonus hostis acceſſerat, ex commodo pugnam facere. Interim Roma per litteras certior fit, prouinciam Numidiam Mario datam. nam consulem factum antea accep-
perat. quibus rebus supra bonum, atque honestum percussus, neque lacrymas tenere, neque mo-
derari

derari linguam: uir egregius in alijs artibus, nimis molliter aegritudinem pati. quam rem alijs in superbiam uortebant: alijs bonum ingenium contumelia accensum esse: mulii, quid iam parta uictoria ex manibus eriperetur. nobis satis cognitum est, illum magis honore Marij, quam iniuria sua excruciatum; neque tam anxie latrurum fuisse, si adempta prouincia alijs, quam Mario, tradetur. Igitur eo dolore impeditus, & quia stultiae uidebatur, alienam rem periculo suo curare, legatos ad Bocchum mittit, postulatum, ne sine causa hostis populo R. fieret: habere eum magnam copiam societatis, amicitiaeq. coniungendae, quae potior bello esset; quamquam opibus suis confideret, tamen non debere incerta pro certis mutare: omne bellum sumi facile, ceterum aegerrime desinere: non in eiusdem potestate initium eius, & finem esse: incipere cuius etiam ignauo licere; deponi, cum uictores uelint: proinde sibi, regnoq. consulteret: neu florentes res suas cum Iugurthae perditis misceret. Ad ea rex satis placide uerba facit: se se pacem cupere, sed Iugurthae fortunarum misererit: si eadem illi copia fieret, omnia conuentura. Rursus imperator, contra postulata Bocchi, nuncios mittit. ille probare partim, alia abnuere. eo modo, saepe ab utroque missis, remissisq. nuncijs, tempus procedere, & ex Metelli uoluntate bellum itactum trahi. At Marius, ut supra diximus, cupientissima plebe con-
sul

sul factus, postquam ei prouinciam Numidiam populus iussit, antea iam infestus nobilitati, tum uero multus, atque ferox instare: singulos modo, modo uniuersos laedere: dictitare, se se consulatum ex uictis illis spolia cepisse: alia praeterea magnifica pro se, & illis dolentia: interim, quae bello opus erant, prima habere: postulare legionibus supple mentum: auxilia a populis, & regibus, socijsq. arcessere: praeterea ex Latio fortissimum quemque, plerosque militiae, paucos fama cognitos accire, & ambiendo cogere homines emeritis stipendijs secum proficisci. neque illi senatus, quamquam aduersus erat, de ullo negotio abnuere audebat: ceterum supplementum etiam laetus decreuerat: quia, neque plebe militiam uolente, putabatur Marius aut belli usum, aut studia uulgi amissurus. sed ea res frustra sperata. tamta libido cum Mario eundi plerosque inuaserat. sese quisque præ da locuplete in fore, uictorem domum redditurum, alia huiuscmodi animis trahebant: & eos non paullum oratione sua Marius arreverat. nam post quam, omnibus, quae postulauerat, decretis, milites scribere uult, hortandi causa, simul & nobilitatem, uti confueuerat, exagitandi, concionem populi aduocauit: deinde hoc modo differuit. Scio ego, Quirites, plerosque non iisdem artibus imperiū a uobis petere, et, postquam adepti sunt, gere, primo industrios, supplices, modicos esse, dehinc per ignauiam, & superbiam aetatem agere. sed

mibi

mibi contra uidetur: nam, quo uniuersa resp. pluris est, quam consularis, aut praetura, eo maiore cura illam administrari, quam haec peti debere. ne que me fallit, quantum cum uestro maximo beneficio negotij sustineam. bellum parare, simul & aerario parcere; cogere ad militiam eos, quos nolis offendere; domi, forisq. omnia curare; & ea agere inter inuidos, occurstantes, factiosos; opinione, Quirites, asperius est. Ad hoc, alijs si deliqueret, uetus nobilitas, maiorum fortia facta, cognatorū & affiniū opes, multae clientelae, omnia haec præ sidio adjunt: mibi spes omnes in memet sitae: quas necesse est et uirtute, et innocentia tutari: nam alia infirma sunt. Et illud intelligo, Quirites, omnium ora in me conuersa esse; aequos, bonosq. fauere: quippe mea benefacta reip. procedunt: nobilitatem inuadendi me querere locum. quo mibi acrius admittendum est, uti neque uos capti amini, & illi frustra sint. ita ad hoc aetatis a pueritia fuit, ut omnes labores, pericula consueta habeam. quae ante uestra beneficia gratuito faciebam, ea uti, accepta mercede, deseram, non est consilium, Quirites. Illis difficile est in potestatibus temperare, qui per ambitionē sese probos simulantere: mibi, qui omnē aetatem in optimis artibus egi, bene facere iam ex consuetudine in naturam uertit. Bellum me gere, cum Iugurtha iussisti: quam rem nobilitas aegerrime tulit. queso, reputate cum animis uestris, num id mutari melius sit, si quem ex illo globo nobilita-

bilitatis ad hoc , aut aliud tale negotium mittatis , hominem ueteris prosapiae , ac multarum imaginum , & nullius stipendij ; scilicet ut in tamta regnarus omnium trepidet , festinet , sumat aliquem ex populo monitorem officij sui . ita plerunque cœnit , ut , quem uos imperare iussistis , is sibi imperatorem alium quaerat . atque ego scio , Quirites , qui , postquam consules facti sunt , acta maiorum , & Graecorum militaria præcepta legere coepérint , præposteri homines . nam legere , quād fieri , tempore posteriori , re , atque ius prius est . Comparete nunc , Quirites , me hominem nouum cum illorū superbia . Quae illi audire , & legere solent , eorū partem uidi , alia egomet gessi . quae illi litteris , ea ego didici militando . nunc uos existimate , facta , an dicta pluris sint . Contemnunt nouitatem meā , ego illorum ignauiam . mihi fortuna , illis probra obiectantur . quamquam ego naturam unam , & communem omnium existimō , sed fortissimum quemque generosum esse . ac si iam ex patribus Albinī , aut Bestiae quaeri posset , me ne , an illos esse digni maluerint : quid responsuros creditis , nisi , se liberos quamoptimos uoluissē ? Quid si iure despiciunt me ; faciant idem maioribus suis ; quibus , uti mibi , ex uirtute nobilitas coepit . inuident honori meo : ergo inuideant labori , innocentiae , periculis etiam meis : quoniam per haec illum cepi . uerum homines corrupti superbia , ita aetatem agunt , quasi nestros honores contemnunt :

nant : ita hos petunt , quasi honeste uixerint . ne illi falsi sunt , qui diuersissimas res pariter expectant , ignauiae uoluptatem , & praemia uirtutis . Atque etiam cum apud uos , aut insenatu uerba faciunt , pleraque oratione maiores suos extollunt , eorum fortia facta memorando clariores sese putant : quod contra est . nam , quanto uita illorum præclarior , tamto horum socios flagitosior . & profecto ita se res habet . maiorum gloria posteris quasi lumen est , neque bona eorum , neque mala in occulto patitur . Huiusc rei ego inopiam patior , Quirites . uerum id , quod multo præclarius est , meamet facta mihi dicere licet . nunc uidete , quam iniqui sunt . quod ex aliena uirtute sibi arrogant , id mihi ex mea non concedunt : scilicet quia imagines non habeo , & quia mihi noua nobilitas est : quam certe peperisse , quam acceptam corrupisse , melius est . Evidem ego non ignorō , si iam mibi respondere uelint , abunde illis facundam , & compositam orationem fore . sed in maximo uestro beneficio , cū omnibus locis me , uosq . maledictis lacerent , non placuit reticere : ne quis modestiam in conscientiam duceret . nam me quidem , ex animi mei sententia , laedere nulla oratio potest . quippe uera , necesse est , bene prædicet : falsam uita , moresq . mei superant . sed quoniam uestra consilia accusantur , qui mibi summum honorem , & maximum negotium imposuistis : etiam atque etiam reputate , num eorum paenitendum sit .

L Non

Non possum, fidei causa, imagines, neque triūphos, aut consulatus maiorum meorum ostendere; at, si res postulet, hastas, uexillum, phaleras, alia militaria dona, praeterea cicatrices aduerso corpore. haec sunt meae imagines, haec mea nobilitas, non hereditate relicta, ut illa illis, sed quae ego plurimis meis laboribus, et periculis quei sui. Non sunt composita uerba mea: parui id facio: ipsa se uirtus satis ostendit: illis artificio opus est, ut turpia facta oratione tegant. Neque litteras Graecas didici, parum placebat eas discere, quippe quae ad uirtutem doctoribus nihil profuerunt. at illa multo optima reip. doctus sum, boſtem ferire, praefidia agitare, nihil metuere, nisi turpem famam; hyemem, & aestatem iuxta pati, humi requiescere, eodem tempore inopiam, & laborem tolerare. his ego praeceptis milites hortabor: neque illos arce colam, me opulenter; neque gloriam meam, laborem illorum faciam. hoc est utile, hoc ciuile imperium. namque, cum tute per mollitatem agas, exercitum supplicio cogere, id est dominum esse, non imperatorem. haec, atque alia maiores uestri faciendo, sequē, & remp. celebrauere. queis nobilitas freta, ipsa dissimilis moribus, nos illorum aemulos contemnit; & omnes honores, non ex merito, sed quasi debitos, a uobis repetit. ceterum homines superbissimi procul erant. Maiores eorum omnia, quae licebat, illis reliquere, diuitias, imagines, memoriam sui praeclararam:

claram; uirtutem non reliquere: neque poterant: ea sola neque datur dono, neque accipitur. Sordidum me, & incultis moribus aiunt; quia parum scite coniuinium exorno; neque bistrionem ullum, neque pluris pretij coquim, quād uillicum, habeo. quae mibi lubet confiteri, Quirites. nam & ex parente meo, & ex alijs sanctis uiris ita accepi, munditas mulieribus, uiris laborem conuenire; omnibusq. bonis oportere plus gloriae, quād diuitiarum esse; arma, non supellestilem, decori es se. Quin ergo, quod iuuat, quod carum aestuat, id semper faciant: ament, potent: ubi adolescentiā habuere, ibi senectutem agant, in coniuijs, dediti ventri, & turpisimae parti corporis: sudorem, puluerem, & alia talia relinquant nobis, quibus illa epulis iucundiora sunt. uerum non est ita. nā, ubi se omnibus flagitijs dedecorauere turpisimi uiiri, bonorum præmia ereptum eunt. ita iniustissime luxuria, & ignavia, pessimae artes, illis, qui coluere eas, nihil officiūt, reip. innoxiae cladi sunt. Nunc, quoniam illis, quantum mores mei, non illorum flagitia poscebant, respondi; pauca de rep. loquar. Primum omnium de Numidia bonum h. a betore animum, Quirites: nam, quae ad hoc tempus Iugurtham tutata sunt, omnia remouisti, auaritiam, imperitiam, atque superbiam. deinde exercitus ibi est locorum sciens, sed mehercule magis strenuus, quād felix: nam magna pars eius auaritia, aut temeritate ducum attrita est.

Quamobrem uos , quibus militaris est aetas , adnimitini mecum , & capissite remp. neque quemqua ex calamitate aliorum , aut imperatorum superbia metus ceperit . egomet in agmine , in proelio consultor idem , & socius periculi nobiscum adero ; me , uosq. in omnibus rebus iuxta geram . & profecto , dijs iuuantibus , omnia matura sunt , uictoria , praeda , laus : quae si dubia , aut procul essent , tamen omnes bonos reip. subuenire decebat . etenim nemo ignauia immortalis factus : neque quisquam parens liberis , uti aeterni forent , optauit ; magis , uti boni , honestiq. uitam exigenter . Plura dicerem Quirites , si timidis uirtutē uerba adderent : nam strenuis abunde dictum puto . Huiuscemodi oratione habita , Marius post quam plebis animos arrestos uidet , propere cōmeatu , stipendio , armis , alijsq. utilibus naues onerat : cum bis A. Manlium legatum proficiisci iubet . ipse interea milites scribere non more maiorum , neque ex classibus , sed uti cuiusque libido erat , capitecensos plerosque . id factum alijs inopia bonorum , alijs per ambitionem consulis memorabant ; quod ab eo genere celebratus , auctusq. erat ; & homini potentiam quacrenti egentissimus quisque opportunissimus ; cui neque sua curiae , quippe quae nulla sunt , & omnia cum pretio honesta uidentur . Igitur Marius cum aliquanto maiore numero , quam decretum erat , in Africam profectus , paucis diebus Uticam aduehitur . exercitus ei traditur

ditur a P. Rutilio legato , nam Metellus conspētum Marij fugerat ; ne uideret ea , quae auditā animus tolerare nequiverat . Sed consul , expletis legionibus , cohortibusq. auxiliarijs , in agrum fertilem , & praeda onustum proficiuntur . omnia ibi capta militibus donat : dein castella , & oppida natura , & uiris parum munita aggreditur : proelia multa , ceterum alia leuia alijs locis facere . interim noni milites sine metu pugnae adesse : uidere fugientes capi , aut occidi ; fortissimum quemque tutissimum : armis libertatem , patriam , parentesque , & alia omnia tegi , gloriam , atque divinitas quaeri . sic breui spatio noui , ueteresq. coaluere , & uirtus omnium aequalis facta . At reges ubi de aduentu Marij cognoverunt , diuersi in locos difficiles abeunt . ita Iugurtha placuerat , speranti , mox effusis hostes inuidia posse ; Romanos , sicuti plerosque , remoto metu laxius , licentiusq. futuros . Metellus interea Romam profectus , contra spem suam laetissimis animis accipitur , plebi , patribusq. , postquam inuidia decesserat , iuxta carus . Sed Marius impigre , prudenterq. suorum , & hostium res pariter attendere , cognoscere quid boni utrisque , aut contra esset : explorare itinera regum , consilia , & infidias eorum anteuuenire : nibil apud se remissum , neque apud illos tutum pati . itaque & Getulos , & Iugurtham , ex socijs nostris praedas agentes , saepe aggressus in itinere fuderat , ipsumq. regem hanc procul ab oppido Cir-

tha armis exuerat. Quae postquam glorioſa modo, neque bellī patrandi cognouit, ſtatuit urbes, quae uiris, aut loco pro hostibus, et aduersum ſe oppor- niffimae erant, ſingulas circumuenire, ita ratus Iugurtham aut praefidijs nudatum iri, ſi ea pate- retur, aut proelio certaturum. nam Bocchus num- cios ſaepe ad eum miſerat, uelle populi R. amici- tiam, ne quid ab ſe hostile timeret. id ſimulauerit ne, quo improuiſus grauior accederet, an mobili- tate ingenij pacem, atque bellum mutare ſolitus, parum exploratum eft. Sed consul, uti ſtauerat, oppida, caſtellaq. munita adire: partim ui, alia metu, aut praemia oſtentando, auertere ab hosti- bus. ac primo mediocria gerebat, existimans Iu- gurtham ob ſuos tutandos in manus uenturum. ſed ubi illum procul abeſſe, & alijs negotijs inten- tum accepit, maiora, & magis aſpera aggredi tempus uifum eft. Erat inter ingentes ſolitudines oppidum magnum, atque ualidum, nomine Cap- fa: cuius conditor Hercules Libys memorabatur. eius ciues apud Iugurtham immunes, leni imperio, & ob ea fidelijſimi habebantur: muniti aduor- sum hostes non moenibus modo, & armis, atque uiris, uerum etiam multo magis locorum aſperi- tate. nam, praeter oppido propinqua, alia om- nia uasta, inculta, egenitia aquae, infesta ſer- pentibus: quarum uis, ſicuti omnium ferarum, inopia cibi acrior: ad hoc, natura ſer- pentium ipsa pernicioſa, ſiti magis quam alia

re

re accenditur. eius oppidi potiundi Marium ma- xima cupidio inuaderat, cum propter uifum belli, tum quia res aſpera uidebatur: & Metelli oppi- dum Thalam magna gloria ceperat, hanc diſimi- liter ſitum, munitumque: niſi quid apud Thalam non longe a moenibus aliquot fontes erant. Capsen- ſes una modo, atque ea intra oppidum iugi aqua, cetera pluia utebantur. idq. ibi, & in omni A- frica, quae procul a mare incultius agebat, eo fa- cilius tolerabatur, quia Numidae plerumque la- Æte, & ferina uescabantur, neque ſalem, neque alia gulæ irritamenta quaerebant. cibus illis ad- uerſum famem, atque ſitum, non libidini, neque luxuria erat. Igitur consul, omnibus exploratis, credo dijs fretus, (nam contra tamias difficultates confilio ſatis prouidere non poterat) quippe etiam frumenti inopia tentabatur, quid Numidae pabu- lo pecoris magis, quād aruo, ſtudent, & quodcumque natum fuerat, iuſſu regis in loca munita contulerant: ager autem aridus, & frugum na- cuius ea tempeſtate: (nam aeflatis extreſū erat) tamen pro rei copia ſatis prouidenter exornat: pecus omne, quod superioribus diebus praedae fue- rat, equitibus auxiliarijs agendum attribuit: A. Manlium legatum cum cohortibus expeditis ad oppidum Laris, ubi ſtipendium, & commeatum locauerat, ire iubet: dicitq. ſe praedabundum poſt paucos dies eodem uenturum. ſic incepto ſuo oc- cultato, pergit ad flumen Thanam. ceterum in

L 4 iti-

itinere quotidie pecus exercitui per centurias, itē turmas aequaliter distribuerat; & ex corijs utres uti fierent, curabat: simul & inopiam frumenti lenire, & ignaris omnibus, parare, quae mox usui forent. denique sexto die, cum ad flumen uenatum est, maxima uis utrius effecta. ibi castris leui munimento positis, milites cibum capere, atque, uti simul cum occasu solis egrederentur, paratos esse iubet, omnibus abiectis sarcinis, aqua modo sequae, & iumenta onerare. dein, postquam tempus uisum, castris egreditur: noctemq. totam itinere factō confedit. idem proxima facit. deinceps tertia multo ante lucis aduentum peruenit in locum tumulosum, a Capsa non amplius duum millium interuallo: ibi q. quām occultissime potest, cum omnibus copijs opperitur. sed, ubi dies coepit; & Numidae, nihil hostile metuentes, multi opido egressi; repente omnem equitatum, & cum his uelocissimos pedites cursu tendere ad Capsam, & portas obsidere iubet: deinde ipse intentus propere sequi, neque milites praedari sinere. quae postquam oppidani cognouere; res trepidae, metus ingens, malum improuisum, ad hoc pars ciuium extra moenia in hostium potestate coegere, uti deditioinem facerent. ceterum oppidum incensum: Numidae puberes interfici, alijs omnes uenundati: praeda militibus diuisa. id facinus contra ius belli non audita, neque scelere consulis admissum; sed quia locus In-

gurthae

gurthae opportunus, nobis aditu difficultis; genus ho- minum mobile, infidum, ante neque beneficio, neque metu coercitum. Postquam tātam rem Marius sine ullo suorum incommodo peregit; magnus, & clarus antea, maior, atque clarior haberi coepit: omnia non bene consulta in uirtutem trahebantur. milites modeste imperio habiti, simul & locupletes, ad caelum ferre: Numidae magis, quām mortalem, timere: postremo omnes socij, atque hostes credere, illi aut mentem diuinam esse, aut deorum nutu cuncta portendi. Sed consilij, ubi eares bene euenerit, ad alia oppida pergit: pauca, repugnantibus Numidis, capit: plura, deserta propter Capsenium miseras, igni corrumpt: luctu, atque caede omnia complentur. denique multis locis potitus, ac plerisque exercitu incremento, aliam rem aggreditur, non eadem asperitate, qua Capsenium, ceterum haud secus difficultem. namque haud longe a flumine Mulucha, quod Iugurthae, Bochiqu. regnum disiungebat, erat inter ceteram planiciem mons faxeus, medio-cri castello, satis patens, in immensum editus, uno per angusto aditu relieto: nam omnis natura, uelut opere, atque consulto, praeceps. quem locum Marius, quid ibi regis thesauri erant, summa ui capere intendit: sed eares forte, quām consilio, melius gesta. nam castello mirorum, atque armorum satis magna uis erat, & frumenti, & fons aquae: aggeribus, turribus que, & alijs machina-
tio-

tionibus locus importunus : iter castellanorum angustum admodum , utrinque praecisum : uineae cum ingenti periculo frustra agebatur . nam cum eam paulo processerant , igni , aut lapidibus corrumpebantur . milites neque pro opere consistere , propter iniquitatem loci ; neque inter uineas sine periculo administrare : optimus quisque aut cadere , aut fuciari ; ceteris metus augeri . At Marius , multis diebus , & laboribus consumptis , anxius erabere cum animo suo , omittet ne inceptum , quoniam frustra erat , an fortunam opperiretur , quasaepe prospere usus fuerat . quae cum multos dies , noctesq . aestuans agitaret , forte quidam Ligus , ex cohortibus auxiliarijs miles gregarius , castris aquatum egressus , haud procul ab latere castelli , quod aduersum proeliantibus erat , animaduertit inter saxa repentes cochleas : quarum cum unam , atque alteram , dein plures peteret , studio legundi paullatim prope ad summum montis egressus est . ubi postquam solitudinem intellexit ; more humanae cupidinis ignara uisundi , animum aduertit . & forte in eo loco grandis ilex coauerat inter saxa , paullum modo prona , deinde inflexa , atque aucta in altitudinem , quod cuncta lignentium natura fert : cuius ramis modo , modo eminentibus saxis nissus Ligus , castelli planiciem perscribit ; quod cuncti Numidae , intenti proeliantibus , aberant . exploratis omnibus , quae mox usui fore ducebat , eadem regreditur , non temere ,

mere , uti adscenderat , sed tentans omnia , & circumspiciens . itaque Marium propere adit : acta edocet : hortatur , ab ea parte , quā ipse descendebat , castellum tentet : pollicetur sese itineris , periculiq . ducem . Marius cum Ligure promissa eius cognitum ex praesentibus misit : quorum , uti cuiusque ingenium erat , ita rem difficultem , aut facilem renuncianere . consulis animus tamen paullulum arrestus est . itaque ex copia tubicinum , cornicinum , numero quinque quamuelocifimos delegit , & cum his , praesidio qui forent , quattuor centuriones : omnesq . Liguri parere intebet : & ei negotio proximum diem constituit . sed ubi ex praecerto tempus uisum est ; paratis , compositisq . omnibus , ad locum pergit . ceterum illi , qui centurijs praeerant , praedocti ab duce , arma , ornatumq . mutauerunt , capite , atque pedibus nudis , uti prospectus , nissusq . per saxa facilius foret : super terga gladij , & scuta , uerum ea Numidica ex corijs , ponderis gratia , simul & offensa , quo leuius streperent . igitur praegrediens Ligus , saxa , & si quae uetusae radices eminebant , laqueis uinciebat , quibus alienati milites facilius adscenderent : interdum timidos infelicia itineris lenare manu ; ubi paullo afferior adscensus erat , singulos prae se inermos mittere , deinde ipse cum illorum armis sequi : quae dubia nissui uidebantur , potissimum tentare : ac saepius eadem ascendens , descendensq . , dein statim digrediens , ceteris

ceteris audaciam addere. igitur diu, multumq.
fatigati, tandem in castellum perueniunt, deser-
tum ab ea parte: quod omnes, sicuti alijs diebus,
aduersum hostes aderant. Marius, ubi ex nuncijs,
quae Ligus egerat, cognovit, quamquam toto die
intentos proelio Numidas habuerat, tum uero co-
hortatus milites, & ipse extra uineas egressus,
testudine atlascendere, & simul hostem tormen-
tis, sagittarijsque, et funditoribus eminus terrere.
at Numidae, saepe antea uineis Romanorum sub-
uersis, item incensis, non castelli moenibus se se tu-
tabantur; sed pro muro dies, noctesq. agitare; ma-
ledicere Romanis; ac Mario uaecordia obiectare;
militibus nostris Iugurtha seruitu minari; secun-
dis rebus feroces esse. interim, omnibus Roma-
nis, hostibusq. proelio intentis, magna ui utrinque
pro gloria atque imperio his, illis pro salute cer-
tantibus, repente a tergo signa canere. ac primo
mulieres, & pueri, qui uisum processerant, fuge-
re, deinde, uti quisque muro proximus erat, po-
stremo cuncti armati, inermesque. quod ubi ac-
cidit, eo acrius Romani instare, fundere, ac ple-
rosque tantummodo fauciare, dein super occiso-
rum uadere corpora, audi gloriae certantes mu-
rum petere; neque quemquam omnium praeda
morari. sic forte correpta Marij temeritas, glo-
riam ex culpa inuenit. Ceterum, dum eares ge-
ritur, L. Sylla quaestor cum magno equitatu in
castra uenit: qui, uti ex Latio, & socijs cogeret
exercitum,

I V G V R T H I N V M. 75
exercitum, Romae relictus erat. sed quoniam nos
tanti uiri res admonuit; idoneum uisum est, de
natura, cultuq. eius paucis dicere. neque enim a-
lio loco Syllae rebus dicturi sumus: & L. Sisen-
na optime, & diligentissime omnium, qui eas res
dixere, persecutus historiam, parum mihi libero
ore locutus uidetur. Igitur Sylla gentis patriciae
nobilis fuit, familia prope iam extincta maiorum
ignavia, litteris Graecis, atq. Latinis iuxta, atque
doctissime eruditus, animo ingenti; cupidus uolu-
ptatum, sed gloriae cupidior: otio luxurioso esse;
tamen ab negotijs numquam uoluptas remorata, ni
si quod de uxore potuit honestius consuli: facun-
dus, callidus, & amicitia facilis: ad simulanda ne-
gotia altitudo ingenij incredibilis: multarum re-
rum, ac maxime pecuniae largitor: atque illi, felicis-
simo omnium ante ciuilem uictoriā, numquam su-
per industriam fortuna fuit: multiq. dubitauer-
e, fortior, an felicior esset. nam, postea quae fe-
cerit, incertum habeo, pudeat magis, an pi-
geat differere. Igitur Sylla, uti supra dictum
est, postquam in Africam, atque in castra Ma-
rij cum equitatu uenit, ruditus antea, & ignarus
belli, sollertissimus omnium in paucis tempesta-
tibus factus est. ad hoc milites benigne appellare:
multis rogantibus, alijs per se ipse beneficia
dare, inuitus accipere; sed ea properantius,
quam aes mutuum, reddere, ipse ab nullo repe-
re: magis id laborare, uti illi quamplurimi debe-
rent;

rent: ioca, atque seria cum humillimis agere: in operibus, in agmine, atque ad uigilias multis adesse: neque interim, quod prava ambitio solet, consulis, aut cuiusquam boni famam laedere: tatummodo neque consilio, neque manu alium priorem pati: plerosque anteuvenire. quibus rebus, & artibus breui Mario, militibusq. carissimus factus. At Iugurtha postquam oppidum Capsam, aliasq. locos munitos, & sibi utiles, simul & magnam pecuniam amiserat; ad Bocchum nuncios mittit, quamprimum in Numidiam copias adduceret: proelij faciundi tempus adesse. quem ubi cunctari accepit, & dubium belli, atque pacis rationes trabere: rusfus, uti anteā, proximos eius donis corrumpit: ipsiq. Mauro pollicetur Numidiae tertiam partem, si aut Romani Africa expulsi, aut, integris suis finibus, bellum compostum fore. eo praemio ille Etus Bocchus cum magna multitudine Iugurtham accedit. ita, amborum exercitu coniuncto, Marium, iam in hiberna proficiscentem, uix decima parte die reliqua inuadunt, rati noctem, quae iam aderat, & uictis sibi munimento fore, &, si uicissent, nullo impedimento, quia locorum scientes erant; contra Romanis utrumque casum in tenebris difficiliorem fore. igitur simul consul ex multis de hostiis aduentu cognovit: & ipsi hostes aderant: & prius quam exercitus aut instrui, aut sarcinas colligere, denique, ante quam signum, aut imperium ullum accipere

re

re quinuit, equites Mauri, atque Getuli, non acie, neque ullo more proelij, sed cateruatum, uti quoque fors congregauerat, in nostros concurrunt. qui omnes trepidi improviso metu, attamen uirtutis memores aut arma cupiebant, aut capientes arios ab hostibus defensabant: pars equos ascenderet, ire obuiam hostibus: pugna latrocino magis, quam proelio similis fieri: sine signis, sine ordinibus equites, pedites permixti caedere alios, obtruncare multos: contra aduersos acerrime pugnates a tergo circumuenire: neque uirtus, neque arma satis tegere; quia hostes numero plures, et undique circumfusi erant. denique Romani ueteres, nouique, & ob ea scientes beli, si quos locus, aut casus coninxerat, orbem facere: atque ita ab omnibus partibus simul teeti, & instructi hostium nim sustentabant. neque in eo tam aspero negotio Marius territus, aut magis, quam anteā, demissō animo fuit; sed cum turma sua, quam ex fortissimis magis, quam familiarissimis parauerat, uagari passim: ac modo laborantibus suis succurrere, modo hostes, ubi confertissimi obstiterant, inuadere manu: consilere militibus, quoniam imperare conturbatis omnibus non poterat. iamq. dies consumptus erat, cum tamen barbari nihil remittere: atque, uti reges praeceperant, noctem pro se rati acrius instare. tum Marius ex copia rerum consilium trahit: atque, uti suis receperit, locus effet, colles duos inter se propinquos occipit.

cupat. quorum in uno, castris parum ampio, fons aquae magnus erat: alter usui opportunus, quia magna parte editus, et praecips, pauca munimenta quaerebat. ceterum apud aquam Syllam cum e-quitibus noctem agitare iubet. ipse paullatim dispersos milites, neque minus hostibus conturbatis, in unum contrahit: dein custos pleno gradu in collum subducit. ita reges loci difficultate coacti, proelio deterrentur; neque tamen suos longius abire sinunt, sed, utroque colle multitudine circumdata, effusi confondere. dein, crebris ignibus factis, plerumque noctis barbari more suo laetari, exulta re, strepere uocibus: & ipsi duces ferocias, quia non fugere, ac pro uictoribus agere. sed ea cuncta Romanis ex tenebris, & editioribus locis facilia uisu, magnoq. hortamento erant. plurimum uero Marius hostium imperitia confirmatus, quam maximum silentium haberi iubet: ne signa quidem, uti per uigilias solebant, canere: deinde, ubi lux aduentabat, defessis iam hostibus, ac paullo ante somno captis, de improuiso uectigales, item cohortium, turmarum, legi- num tubicines simul omnes tuba canere, milites clamorem tollere, atque portis erumpere iubet. Mauri, atque Getuli, ignoto, & horribili somnitu repente exciti, neque fugere, neque arma capere, neque omnino facere, aut prouidere quidquam poterant: ita cum eos strepitum, clamore, nullo subueniente, nostris instantibus, tumultu, terrore, formi-

formidine, quasi uae cordia, ceperat. denique omnes fusi, fugati que: arma, & signa militaria ple- raque capta: pluresq. eo proelio, quam omnibus superioribus, interempti. nam somno, & metu insolito impedita fuga. dein Marius, uti coepe- rat, in hiberna profiscitur, quae propter com- meatum in oppidis maritimis agere decreuerat: neque tamen uictoria socors, aut insolens factus, sed pariter, atque in conspectu hostium, quadra- to agmine incedere. Sylla cum equitatu apud dexteros, in sinistra parte A. Manlius cum fundito- ribus, & sagittariis, praeterea cohorte Ligurum curabat: primos, & extremos cum expeditis ma- nipulis locauerat tribunos. perfugae, regionum scientissimi, hostium iter explorabant. simul con- sul, quasi nullo imposito, omnia prouidere: apud omnes adesse, laudare, increpare merentes. ipse armatus, intentusq. item milites cogebat, neque se- cus, atque si hostes adessent, iter facere, castra mu- nire, excubitum in porta cohortes ex legionibus, pro castris equites auxiliarios mittere: praeterea alios super uallu in munimetiis locare, uigilias ipse circuire, non tam dissidentia futurorum, quae impe- rauisset, quam uti militibus exaequatus cum impe- ratore labor uolentibus esset. Et sane Marius illoq. alijsq. temporibus Iugurthini belli, pudore magis, quam malo, exercitum coercedebat: quod multi per ambitionem fieri aiebant: quod a pueritia consue- tam duritiam, et alia, quae ceteri miserias uocant,

uoluptati habuisset . nisi tamen resp. pariter , ac saeuissimo imperio , bene atque decore gesta . Igitur quarto denique die haud longe ab oppido Cirtha undique simul speculatores citi se se ostendunt : quare hostis adesse intelligitur . sed quia diuersi redentes , alias ab alia parte , atque omnes idem significabant ; consul incertus , quonam modo aciem instrueret , nullo ordine commutato , aduersum omnia paratus ibidem opperitur . igitur Iugurtham spes frustrata , qui copias in quattuor partes distribuerat , ratus ex omnibus aequae aliquos ab tergo hostibus uenturos . interim Sylla , quem primum hostes attigerant , cohortatus suos , turmatim , & quam maxime consertis aequis , ipseq. aliq. Mauros inuidunt : ceteri in loco manentes , abi aculis eminus emissis corpora tegere , & si qui in manus uenerant , obtruncare . dum eo modo equites proeliantur , Bocchus cum peditibus , quos Volux filius eius adduxerat , neque in priore pugna , in itinere morati , adfuerant , postremam Romanorum aciem inuidit . tum Marius apud primos agebat , quod ibi Iugurtha cum plurimis erat . dein Numida , cognito Bocchi aduentu , clam cum paucis ad pedites conuertit : ibi Latine (nam apud Numantiam loqui didicerat) exclamat nostros frusta pugnare : paullo ante Mariu sua manus interfectum : simul gladium sanguine oblitem ostendere , quem in pugna , satis impigre occiso pedite nostro , cruentauerat . quod ubi milites accipere ,

pere , magis atrocitate rei , quam fide nuncij , terrentur : simulq. barbari animos tollere , & in perculfos Romanos acrius incedere . iamq. paullum a fuga aberant , cum Sylla , profligatis ijs , quos aduersum ierat , rediens ab latere Mauris incurrit . Bocchus statim auertitur . at Iugurtha , dum sustentare suos , & prope iam adeptam uictoriā retinere cupit , circumuentus ab equitibus dextra sinistra , omnibus occisis , solus inter tela hostium uitabundus erumpit . atque interim Marius , fugatis equitibus , accurrit auxilio suis , quos pelli iam acceperat . denique hostes iam undique fusi . tum spectaculum horribile in campis patentibus ; sequi , fugere ; occidi , capi ; equi , atque iuri afflitti : ac multi , vulneribus acceptis , neque fugere posse , neque quietem pati , niti modo , ac statim concidere : postremo omnia , quā uisus erat , constrata telis , armis , cadaueribus , & inter ea humus infecta sanguine . Postea loci consul , haud dubie iam uictor , peruenit in oppidum Cirtham , quā initio profectus intenderat . eō post diem quintum , quam iterum barbari male pugnauerant , legati a Boccho ueniunt : qui regis uerbis ab Mario petiuerere , duos quam fidissimos ad eum mitteret : uelle de suo , & de populi R. commodo cum ijs differe re . ille statim L. Syllam , & A. Manlium ire iubet . qui quamquam acciti ibant ; tamen placuisse uerba apud regem facere ; uti ingenium aut auersum flectere , aut cupidum pacis uehementius ac-

cenderent, itaque Sylla, cuius facundiae, non aetati, a Manlio concessum, pauca uerba huiuscemodi locutus. Rex Bocche, magna laetitia nobis est, cum te talem uirum dij monuere, uti aliquando pacem, quam bellum, malles; neu te optimum cum pessimo omnium Iugurta miscendo commaculares; simul nobis demeres acerbam necessitudinem, pariter & te errantem, & illum sceleratissimum persequi. ad hoc, populo R, iam a principio inopi, melius uisum est, amicos, quām seruos, quaerere: tutiusq. rati, uolentibus, quam coetis, imperitare. tibi uero nulla opportunior amicitia nostra: primum, quod procul absimus; in quo offensae minimum, gratia par, ac si prope adfemus: dein, quod parentes abunde habemus; amicorum neque nobis, neque cuiquam omnium satis fuit. atque hoc utinam a principio tibi placuisse: profecto ex populo R, ad hoc tempus multo plura bona accepisse, quam mala perpessus es, sed quoniam humanarum rerum fortuna plerique regit; cui scilicet placuit & uim, & gratiam nostram te experiri: nunc, quando per illam licet, festina, atque, uti coepisti, perge. multa, atque opportuna habes, quo facilius errata officijs superes. postremo hoc in pectus tuum demitte, numquam populum R, beneficijs uitum esse. nam, bello quid ualeat, tute scis. Ad ea Bocchus placide, & benigne simul pauca pro delicto suo uerba facit: se non hostili animo, sed ob regnum tu-

tandum

tandum arma cepisse: nam Numidiae partem, unde Iugurtham expulerit, iure belli suam factam: eam uastari a Mario, pati nequissime: praeterea, missis ante Romanum legatis, repulsum ab amicitia: ceterum uetera omittere, ac tum, si per Marium liceret, legatos ad senatum missurum. Dein, copia facta, animus barbari ab amicis flexus, quos Iugurtha, cognita legatione Syllae, & Manlii, metuens id, quod parabatur, donis corruperat. Marius interea, exercitu in hibernaculis composito, cum expeditis cohortibus, & parte equitatus proficiuntur in loca sola, obsecum turrim regiam, quō Iugurtha perfugas omnes praestidium imposuerat. tum rursus Bocchus scilicet, seis reputando, quae sibi duobus proelijs enenerant, seu admonitus ab alijs amicis, quos incorruptos Iugurtha reliquerat, ex omni copia necessiorum quinque de legit, quorum & fides cognita, & ingenia naliudissima erant. eos ad Marium, ac dein, si placeat, Romanum legatos ire iubet: agendarum rerum, & quocunque modo belli componendi licentiam illis ipsis permittit. illi mature ad hiberna Romanorum proficiuntur. deinde a latronibus Getulis in itinere circumuenti, spoliatiisque, pauidi, sine decore ad Syllam profugiunt; quem confit, in expeditionem proficiens, pro praetore reliquerat. eos ille non pro uanis hostibus, uti meriti erat, sed accurate, et liberaliter habuit. quare barbari & famam Romanorum auaritiae falsam, et Sy-

lam ob munificentiam in se se amicum rati. nam etiam tum largitio multis ignota erat: munificus nemo putabatur, nisi pariter uolens: dona omnia in benignitate habebantur. igitur quaestori mandata Bocchi patefaciunt: simul ab eo petunt, uti fautor, consultorq. sibi adsit: copias, fidem, magnitudinem regis sui, & alia, quae aut utilia, aut benevolentiae esse credebant, oratione extollunt: dein, Sylla omnia pollicito, docti quo modo apud Marium, item apud senatum uerba facerent, circiter dies XI ibidem opperiuntur. Marius ubi, confecto negotio, quo intenderat, Cirtham rediit; de aduentu legatorum certior factus, illosque, et Syllam ad se uenire iubet: itemq. L. Belli enum praetorem ab Utica, praeterea omnes undique senatorij ordinis: quibus cum mandata Bocchi cognoscit: legatis potestas eundi Romam fit: ab consule interea induitiae postulabantur. ea Syllae, et plerisque placuere: pauci uero ferocius decernunt, scilicet ignari humanarum rerum, quae fluxae, et mobiles saepius in aduersa mutantur. ceterum Mauri, impetratis omnibus, tres Romam profecti sunt cum C. Octavio Rupo, qui quaestor stipendium in Africam portauerat: duo ad regem redeunt. ex his Bocchus cum cetera, tum maxime benignitatem, & studium Syllae lubens accepit. Romae quoque legatis eius, postquam, errasse regem, & Iugurthae scelere lapsum, deprecati sunt, amicitiam & foedus potentibus hoc modo responde tur.

tur. Senatus & populus R. beneficij, & iniuriae menor esset solet: ceterum Boccho, quoniam paenit delisti, gratiam facit: foedus, & amicitia dabuntur, cum promeruerit. Quibus rebus cognitis, Bocchus per litteras a Mario petiuit, ut Syllam ad se mitteret; cuius arbitratu de communibus negotijs consulteretur. is missus cum praesidio equitum, atque peditum, funditorum, Baleariorum: praeterea iere sagittarij, et cohors Paeligna cum uelitaribus armis, itineris properandi caussa: neque his secus, atque alijs armis, aduersus tela hostium, quod ea leuia sunt, muniti. sed in iteru quinto denique die Volux, filius Bocchi, repente in campis patetibus cum mille non amplius equitibus se se ostendit: qui temere & effuse euntes, Syllae, alijsq. omnibus & numerum ampliorum uero, & hostilem metum efficiebant. igitur se quisque expedire: arma, atque tela tentare, intendere: timor aliquantus, sed spes amplior, quippe uictoribus, & aduersum eos, quos saepe uicerant. interim equites, exploratum praemissi, re, uti erat, quietam nunciant. Volux adueniens quaestorem appellat: dicitq. se a patre Boccho obuiam illi simul, & praesidio missum. deinde eum, & proximum diem sine metu coniuncti eunt. post, ubi castra locata, & diei uestib[us] erat; repente Maurus, incerto uultu pauens, ad Syllam accurrit; dicitq. sibi a speculatoribus cognitum, Iugurtham hanc procul abesse; simul, uti noctu

clam secum profugeret , rogat , atque hortatur . ille animo feroci negat se toties fusum Numidam pertimescere : uirtuti suorum satis credere : etiam si certa pessis adesset , mansurum potius , quād , proditis quos ducebat , turpi fuga incertae , ac forsitan post paullo morbo interiturae uitiae parceret . ceterum ab eodem monitus , uti noctū proficerentur , consilium adprobat : ac statim milites cenatos esse in castris , ignesq. quamcreberimos fieri , deinde prima uigilia silentio egredi iubet . Iamq. nocturno itinere fessis omnibus , Sylla pariter cum ortu solis castra metabatur ; cum equites Mauri nunciant , Iugurtham , circiter duū millium intervallo , ante eos confidisse . quod postquam auditum est ; tum uero ingens metus nostros inuidit : credere s̄e proditos a Voluce , & insidijs circumuentos . ac fuere , qui dicerent manu uindicandum , neque apud illum tam tū scelus inultum relinquendum . At Sylla , quamquam eadem existimabat , tamen ab iniuria Maurum prohibet : suos hortatur , uti fortem animum gererent : saepe ante a paucis strenuis aduersus multitudinem bene pugnatū : quanto sibi in proelio minus pepercissent , tanto tutiores fore : nec decere , quem manus armauerit , ab inermis pedibus auxilium petere , in maximo metu nudum , & caecum corpus ad hostes uertere . deinde Volucem , quoniam hostilia faceret , Iouem maximum obtestatus , ut sceleris , atque persiliae Bocchi testis adesset , castris abire

abire iubet . Ille lacrymans orare , ne ea crederet : nihil dolo factū , ac magis calliditate Iugurtha ; cui uidelicet speculanti iter suum cognitum esset : ceterum , quoniam neque ingentem multititudinem haberet ; & spes , opesq. eius omnes ex patre suo penderent ; credere illum nihil ausurum palam , cum ipse filius testis adesset : quare optimum factū uideri , per media eius castra palam transire : sese , uel praemissis , uel ibidem relictis Mauris , solum cum Sylla iturum . Ea res , uti in tali negotio , probata : ac statim profecti , quia de improviso accesserant , dubio , atque hascitante Iugurtha , incolumente transeunt . deinde paucis diebus , quād ire in tenderant , peruenientum est . Ibi cum Bocco Numida quidam , Aspar nomine , multum , & familia riter agebat , praemissus ab Iugurtha , postquam Syllam accitum audierat , orator , & subdole speculatum Bocchi consilia : praeterea Dabar , Massugrada filius , ex gente Massanisae , ceterum materno genere impar , (nam mater eius ex concubina orta erat) ob ingenij multa bona Mauro carus , acceptusque . quem Boccus fidum Romanis multis antea tempestatisbus expertus , illico ad Syllam nunciatum mittit , paratum sese facere , quae populus R̄ uelle : colloquio diem ; locum , tempus ipse deligeret : consulta sese omnia cum illo integra habere : ne uel Iugurthae legatum pertimesceret : accitum esse , quo res communis licentius gereretur : nam ab insidijs eius aliter caueri

ueri nequiuisse. Sed ego comperior, Bocchum magis Punica fide, quam ob ea, quae praedicabat, simul Romanos, & Numidam spe pacis detinuisse: multumq. cum animo suo voluere solitum, Iugurtham Romanis, an illi Syllam tradaret: libidinem aduersum nos, metum pro nobis suauisse. Igitur Sylla respondit, pauca se coram Aſpare locuturum, cetera occulte, aut nullo, aut quampaucissimis praesentibus: simul edocet, quae responderentur. Postquam, sicuti uoluerant, congressi; dicit se missum a consule uenisse quaeſitum ab eo, pacem, an bellum agitatus foret. Tunc rex, uti praeceptum fuerat, post diem decimum redire iubet; ac nihil etiam nunc decreuif se, sed illo die responsurum. Deinde ambo in sua caſtra digressi. sed ubi plerunque noctis processit; Sylla a Bocco occulte accerſit: ab utroque tam tummodo fidi interpretes adhibentur. praetereſa Dabar internuncius, sanctus uir, iurat ex ſententia amborum: ac ſlatim ſic rex incipit. Numquam ego ratus fore, uti rex maximus in hac terra, & omnium, quos noui, opulentissimus, priuato homini gratiam deberem. & mehercule Sylla, ante te cognitum, multis orantibus alijs ultro egomet opem tuli; nullius indigui: id immutatum, quod ceteri dolere folent, ego laetor. fuerit mihi pretium, egiſſe aliquando tuae amicitiae; qua apud animum meum nihil carius habeo. id adeo experiri licet: arma, uiros, pecuniam, poſtremo quid

quid animo libet, ſume, utere: &, quoad uiues, numquam tibi redditam gratiam putaueris: ſemper apud me integra erit: denique nihil me ſciente fruſtra uoles. nam, ut ego existimo, regem armis, quam munificentia, uinci, minus flagitiosum. ceterum de rep.ueſtra, cuius huic curator miſſus es, paucis accipe. Bellum ego populo R. neque feci, neque factum umquam uolui: fines meos aduersum armatos armis tutatus sum. id omitto: quando nobis ita placet. gerite, uti uultis, cum Iugurtha bellum: ego flumen Mulucham, quod inter me & Micipſam fuit, non egrediar, neque intrare Iugurtham ſinam. praetereā, ſi quid meq. uobisq. dignum petieris, haud repulſus abibis.

Ad ea Sylla pro ſe breuiter, & modice, de pace, & de communibns rebus multis differuit. denique regi patefecit, quod polliceatur, ſenatum at populum R. quoniam amplius armis ualuiſſent, non in gratia habituros: faciendum aliquid, quod illorum magis, quam ſua, retuliffe uideretur: id adeo in promptu eſſe; quoniam Iugurthae copiam haberet: quem ſi Romanis tradiſſet, fore ut illi plurimum deberetur: amicitiam, foedus, Numidiae partem, quam nunc peteret, tunc ultro aduenturam. Rex primum negare: affinitatem, cognationem, praetereā foedus interueniſſe: ad hoc metuere, ne fluxa fide uſus popularium animos auerteret: queis & Iugurtha carus, & Romani inuiſi effent. denique ſaepius fatigatus, leniter ex uolum-

uoluntate Syllae omnia se facturum promittit. ceterum ad simulandam pacem, cuius Numida, defessus bello, audiffimus erat, quae utilia uisa, constituant. ita, composito dolo, digrediuntur. At rex postero die Asparem, Iugurthae legatum, appellat: dicitq. sibi per Dabarem ex Sylla cognitum, posse condicionibus bellum componi: quam obrem regis sui sententiam exquireret. ille laetus in castra Iugurthae uenit: deinde ab illo cuncta edocitus, properato itinere, post diem octauum redit ad Bocchum; & ei nunciat, Iugurham cupe-re omnia, quae imperarentur, facere, sed Mario parum confidere: saepe antea cum imperatoribus Romanis pacem conuentam, frustra fuisse: ceterum Bocchus, si ambobus consultum, & ratam pacem uellet, daret operam, ut una ab omnibus, quasi de pace, in colloquium ueniretur; ibi q. sibi Syllam traderet: cum talem uirum in potestate habuisset; tum fore, uti iussu senatus, populique R. foedus fieret; neque hominem nobilem non sua ignavia, sed ob remp. in hostium potestate relictum iri. Haec Maurus secum ipse diu uoluens, tandem promisit. ceterum dolo, an uero cunctatus, parum comperimus. sed plerumque regiae uoluntas, ut uehementes, sic mobiles, saepe ipsae sibi aduersae. Postea, tempore & loco constituto, in colloquium uti de pace ueniretur, Bocchus Syllam modo, modo Iugurthae legatum appellare: benigne habere: idem ambobus polliceri, illi pariter laeti;

ac

ac spei bonae pleni esse. sed nocte ea, quae proxima fuit ante diem colloquio decretum, Maurus adhibitis amicis, ac statim immutata uoluntate, remotis ceteris dicitur secum ipse multa agitauisse, uultu, colore, ac motu corporis pariter atque animo varius: quae scilicet, tacente ipso, occulta oris immutatione patefecisse. tamen postremo Syl lam accersiri iubet; & ex eius sententia Numidae insidias tendit. deinde, ubi dies aduenit; & ei nunciatum est, Iugurham haud procul abesse; cum paucis amicis, & quaestore nostro, quasi obuius honoris causa procedit in tumulum facillimum uisu insidianibus. eodem Numida cum plerisque necessarijs suis inermis, uti dictum erat, accedit; ac statim, signo dato, undique simul ex insidijs inuiditur. ceteri obtruncati: Iugurtha Syllae uinctus traditur, & ab eo ad Marium deductus est. Per idem tempus aduersum Gallos ab ducibus nostris Q. Caepione, & C. Manlio male pugnatum. quo metu Italia omnis contremuerat. illaque, & inde usque ad nostram memoriam Romani sic habuere; alia omnia uirtuti suae prona esse; cum Gallis pro salute, non pro gloria certare. Sed postquam bellum in Numidia confectum; & Iugurham Romanam uinctum adduci nunciatum est: Marius consul absens factus est; & ei decretum provincia Gallia: isq. kalendis Ian. magna gloria consul triumphavit. Ea tempestate spes, atque opes ciuitatis in illo sitae.

O R A T I O

O R A T I O M. A E M I L I I
L E P I D I C O S. A D P O P V
L V M R. E X L I B R I S
Historiarum C. Sallustii
Crispi, ut arma suman
tur contra Syl
lam dict.

L E M E N T I A , & probitas uestra,
C Quirites, quibus per ceteras gentes ma
ximi, & clari estis, plurimum timoris
michi faciunt, aduersus tyrannidem L. Syllae: ne
aut ipsi, nefanda, quae non aestimatis, ea parum cre
dendo de alijs, circumueniamini: praesertim cum
illi spes omnis in scelere, atque perfidia sit, neque
se aliter tutum putet, quam si peior, atque inte
stabilior metu uestro fuerit: quo captiuis liberta
tis curam miseria eximat: aut, si prouideritis, in
tutandis periculis magis, quam ulciscendo, tenea
mini. Satellites quidem eius, homines maximi no
minis, non minus optimis maiorum exemplis, ne
queo satis mirari. dominationis in uos seruitium
suum mercedem dant, & utrumque per iniuriam
malunt, quam optimo iure liberi agere. prae
clara Brutorum, atque Aemiliorum, & Luta
torum proles, geniti ad ea, quae maiores vir
tute peperere, subuentenda. nam quid a Pyrrho,
Hannibale, Philippoque, & Antiocho defensum
est

est aliud, quam libertas, & suae cuique sedes, neis
cui, nisi legibus, pareremus? quae cuncta saevis
iste Romulus, quasi ab externis rapta, tenet: non
tot exercituum clade, neque consulis, & aliorum
principum, quos fortuna belli consuiperat, sa
tiatus; sed tum crudelior, cum plerosque secundae
res in miserationem ex ira uertunt. quis solus o
mnium, post memoriam hominum, supplicia, in
postfuturos composuit. queis prius iniuria, quam
uita, certa esset: prauissimeq; per sceleris imma
nitatem adbuc tutus furit, dum uos metu graui
oris seruitij a repetenda libertate terremini. Agen
dum, atque obuiam eundum est, Quirites, ne spolia
uestra penes illum sint. Non prolatandum, neque
uotis paranda auxilia, nisi forte speratis per tae
dium iam, aut pudorem tyrannidis, esse eum per
scelus occupata periculosis dimissurum. At ille
eò processit, ut nihil gloriosum, nisi uitum, & o
mnia retinédae dominationis honesta aestimet. ita
que illa quies, & otium cum libertate, quae mul
ti probi potius, quād laborem cum honoribus ca
pessabant, nulla sunt. Hac tempestate seruendum
aut imperitandum: habendus metus est aut fa
ciendus, Quirites. nam quid ultra? quae ue huma
na superant? aut diuina impolluta sunt? Popu
lus R. paullo ante gentium moderator, exutus im
perio, gloria, iure, cogitandi inops, despectusque,
ne seruilia quidem alimenta reliqua habet. So
ciorum, & Latij magna uis ciuitate, pro multis,

& egregijs factis a uobis data, per unum prohibentur: & plebis innoxiae patrias sedes occupauae re paucis satellites, mercedem scelerum: leges, iudicia, acrarium, prouincia, reges penes unum. denique necis ciuum, & uitiae licentia. simul humanas hostias uidiſtis, & sepulcra infecta sanguine ciuili. Est ne niris reliqui aliud, quam soluere iniuriam, aut mori per uirtutem? quoniam quidem unum omnibus finem natura uel ferro saepitis statuit: neque quisquam extremam necessitatem, nihil ausus, nisi muliebri ingenio, exspectat. Verum ego seditiosus, uti Sylla ait, qui praemia turbarum queror; & bellum cupiens, quia iura pacis repeto. scilicet, quia non aliter salui, satiſq. tuti in imperio eritis, nisi Vettius Picens, scriba Cornelius aliena bene parata prodegerint: nisi approbaritis omnes poſcriptiones innoxiorum ob diuitias, cruciatus uirorum illustrium, uastam urbem fuga & caedibus, bona ciuum miserorum, quasi Cimbricam praedam, uaenum, aut dono datam. At obiectat mihi poſſeſſiones ex bonis proſcriptorum. quod quidem scelerum illius uel maximum eſt, non me, neque quemquam omnium ſatis tutum fuſſe, ſi recte faceremus. Atque illa, quae tum formidine mercatus ſum preterito, ſoluto iure, dominis tamen reſtituo: neque pati conſilium eſt, ullam ex ciuibus praedam eſſe. Satis illa fuerint, quae rabie contracta tolerauimus, manus conſerentes inter ſe Romanos

exer-

exercitus, & arma ab externis in nosinet uerſa. scelerum, & contumeliarum omnium finis ſit: quorum adeo Syllam non paenitet, ut & facta in gloria numeret, & ſi liceat, audius faceret. Neque iam, quid existimetis de illo, ſed quantum uos audeatis, uero: ne aliis alium principem exspectantes ante capiamini, non opibus eius, quae futiles, & corruptae ſunt, ſed uera ſecordia, quam raptum iri licet, & quam audeat, tam uideri feſticem. nam praeter satellites commaculatos quis eadem uult? aut quis non omnia mutata, praeter uictoriā? ſcilicet milites: quorum ſanguine Tarulae, Scyroque, pefſimis ſeruorum, diuitiae partae ſunt. an quibus praelatus in magistratibus capientis Fufidius, ancilla turpis, honorum omnium dehonestamentum? itaque maximam mili fiduciā parit uictor exercitus, cui per tot uulnera & labores nihil, praeter tyrrannum, quaefitum eſt. niſi forte tribuniciam potestatē euersum profecti ſunt per arma, conditam a maioribus ſuis: utiq. iura, & iudicia ſibimet extorquerent: egregia ſcilicet mercede, cum relegati in paludes, & filias, contumeliam, atque inuidiam ſuam, praemia penes paucos intelligerent. Quare igitur tanto agmine, atque animis incedit? Quia ſecundae res mire ſunt uitij obtentui: quibus labefactatis, quam formidatus antea eſt, tam contemnetur: niſi forte ſpecie concordiae & pacis, quae ſceleri & paricidio ſuo nomina indidit. Neque ali-

N ter

ORATIO LEPIDI COS.

ter Romani P. esse belli finem ait, nisi maneat expulsa agris plebes, praeda ciuilis acerbissima, ius iudiciumq. omnium rerum penes se, quod populi R. fuit. quae si uobis pax, & concordia intelliguntur: maxima turbamenta reip. atque exitia probate: annuite legibus impositis accipite otium cum seruitio: & tradite exemplum posteris ad populum R. suimet sanguinis mercede circumuenientium. mihi, quamquam per hoc summum imperium satis quaestum erat, nomini maiorum, dignitati, atque etiam praesidio; tamen non fuit consilium priuatas opes facere, potiorq. uisa est periculosa libertas quieto seruitio. quae si probatis, adeste, Quirites; & bene iuuantibus diis, M. Aemilium consulem, ducem, & auctorem sequimenti ad recipiendam libertatem.

86
ORATIO PHILIPPI
IN SENATV, VT LEPIDO
bellum mouenti resistant: ex libro I.
historiarum, Prisciano, &
Nonio testibus.

AXIME uellem, P. C. remp. quietam esse; aut periculis a promptissimo quoque defendi: denique prava incepta consultoribus noxae esse. sed contra, seditionibus omnia turbata sunt, & ab ijs, quos prohibere magis decebat: postremo quae pessimi, & stulti simi decreuere, ea a bonis & sapientibus facienda sunt. nam bellum, atque arma quamquam uobis iniusa, tamen quia Lepido placent, sumenda sunt. nisi forte cui pacem praeflare, & bellum pati consilium est. Pro dij boni, qui hanc urbem omissa cura adhuc regitis. M. Aemilius, omnium flagitorum postremus, qui peior, an ignavior sit, deliberari non potest, exercitum opprimendae libertatis habet, & se e contemptu metuendum efficit. uos missantes, & retractantes, uerbis & uatum carminibus pacem optatis magis, quam defenditis: neque intelligitis, mollitia decretorum uobis dignitatem, illi metum detrahit? atque id iure. quoniam ex rapinis consulatum, ob seditionem prouinciam cum exercitu adeptus est. quid ille ob benefacta cepisset, cuius fecleribus tamta praemia tribuistis? At scilicet ij, qui

ad postremum usque legatos, pacem, concordiam, & alia huiuscmodi decreuerunt, gratiam ab eo peperere. Immo despici, & indigni rep. habitu, praedae loco aestimantur: quippe metu pacem repetentes, quo habitam amiserant. Evidem a principio, cum Etruriam coniurare, proscriptos accersiri, larcitionibus remp. lacerari uidebam, maturandum putabam, & Catuli consilia cum paucis secutus sum, ceterum illi, qui gentis Aemiliae benefacta extollebant, & ignoscendo populi R. magnitudinem auxisse, nusquam etiam tum Lepidum progressum aiebant, & cum priuata arma opprimendae libertatis cepisset, sibi quisque opes, aut patrocinia quaerendo, consilium publicum corruerunt. attamen erat Lepidus latro cum calonibus, & paucis sicariis: quorum nem non diurna mercede uitam mutauerit. nunc est proconsul cum imperio, non empto, sed dato a nobis, cum legatis adhuc iure parentibus. & ad eum concurrere homines omnium ordinum corruptissimi, flagrantes inopia, & cupidinibus, scelerum conscientia exagitati: quibus quies in seditionibus, in pace turbae sunt: hi tumultum extumultu, bellum ex bello serunt, Saturnini olim, post Sulpicij, dein Marij, Damascippique, nunc Lepidis satellites. praeterea Etruria, atque omnes reliquiae belli arrectae: Hispaniae armis solicitaiae: Mithridates in latere uectigalium nostrorum, quibus adhuc sustentamur, diem bello circumspicit

cit: quin, praeter idoneum ducem, nihil abest ad subuertendum imperium. quod uos oro, atque obsecro P. C. ut animaduertatis, neu patiamini licentiam scelerum, quasi rabiem, ad integros procedere. nam ubi malos praemia sequuntur, haud facile quisquam gratuito bonus est. An exspectatis, dum, exercitu rursus admoto, ferro, atque flamma urbem inuadat: quod multo propius est ab eo, quo agitat, statu, quam ex pace, & concordia ad arma civilia, quae ille aduersum diuina, & humana omnia cepit, non pro sua, aut quorum simulat iniuria, sed legum ac libertatis subuertendae. angitur enim, ac laceratur animi cupidine, & noxarum metu, expers consilij, inquietus: haec atque illa tentans metuit otium, odit bellum: luxu, atque licentia carendum uidet: atque interim abutitur uestra socordia. neque mihi satis consilij est, metum, an ignauiam, an demeniam eam appelle: qui uidemini intenta mala, quasi fulmen, optare se quisque ne attingat, sed prohibere ne conari quidem. &, quae so, considerate quidem conuersa rerum naturasit. Antea malum publicum occulte, auxilia palam instruebantur: & eo boni malos facile anteibant: nunc pax, & concordia disturbantur palam, defenduntur occulte: quibus illa placent, in armis sunt, uos in metu. quid exspectatis? nisi forte pudet, aut piget recte facere? An Lepidi mandata animos mouent? qui placere ait sua cui-

que reddi, & aliena tenet: belli iurare scindi, cum ipse armis cogat: ciuitatem confimari, qui adem ptam negat: concordiae gratia tribuniciam potest. item restitui, ex qua omnes discordiae accensae. Pessime omnium, atque impudentissimae, tibi ne egestas ciuium, & luctus curae sunt, cui nihil est domi, nisi armis partum, aut per iniuriam? alterum consulatum petis, quasi primum reddideris: bello concordiam quaeris, quo parta disturbatur: nostri proditor, istis iniuidus, hostis omnium bonorum: ut te neque hominum, neque decorum pudeat, quos perfida, aut periuio uiolasti. qui quando talis es, maneas in sententia, & retineas arma, te hortor: neu prolatandis seditionibus inquies ipse, nos in sollicitudine retineas. neque te prouinciae, neque leges, neque dij penates ciuem patiuntur. perge qua coepisti, ut quam maturissime merita inuenias. uos autem, P.C. quousque cum etando remp. intutam patiemini? & uerbis armia tentabitis? Delectus aduersum uos habiti: pecuniae publicae, & priuatim extortae: praefidia deducta, atque imposta: ex libidine leges imperantur: cum interim uos legatos, & decreta patatis. et quanto mehercule audiuis pacem petieritis, tanto bellum acrius erit: cum intelliget se metu magis, quam aequo, & bono sustentatum. nam qui turbas, & caedem ciuium odisse ait, & ob id armato Lepido uos inermes retinet: quae uitis toleranda sunt, ea cum facere possitis, pati-

mini

mini potius censem: ita illi a uobis pacem, uobis ab illo bellum suadent. Haec si placent, si tamta torpedo animos opprescit, ut oblitiscilerum Cinnae, cuius in urbem reditu decus, atque ordines omnes interierunt, nihil minus uos, atque coniuges, & liberos Lepido permissti sitis: quid opus decretis? quid auxilio Catuli? quin is, & alij boni remp. frustra curant. Agite, ut libet: parate uobis Cethegos, atque alia proditorum patrocinia, qui rapiendas, & incendia instaurare cupiunt, & rursum aduersum deos penates manus armare. Si libertas & bella magis placent, decernite digna nomine, & augete ingenium uiris fortibus. adestruimus exercitus, & ad hoc coloniae ueterum militum, nobilitas omnis, duces optimi. fortuna meliores sequitur. iam illa, quae socordia nostra collecta sunt, dilabentur. quare ita censeo, quoniam Lepidus exercitum, priuato consilio paratum, cum pessimis, & hostibus reip. contra huius ordinis auctoritatem ad urbem ducit; uti Ap. Claudius interrex cum Q. Catulo proconsile, & ceteris, qui bus imperium est, urbi praesidio sint, operamq. dent, ne quid resp. detrimenti capiat.

ORATIO C. COTTAE
COS. AD QUIRITES,
VT TOLERENT
aduersa.

VIRITES, multa mibi pericula domi, militiae, multa aduersa fuere: quorum alia toleravi, partim repuli deorum auxiliis, & uirtute mea: inq. his omnibus, neque animus negotio defuit, neque decretis labos. malae secundaeq. res opes, non ingenium mibi mutabant. at contra in his miserijs cuncta mecum fortuna deferuere. praeterea senectus, per se gravis, curam duplicat: cui misero, acta iam aetate, ne mortem quidem honestam sperare licet. nam si parricida uestri sum, & uobis genitus hic, deos penates meos, patriamque, & summum imperium uilia habeo: quis mibi uiuo cruciatus satis est, aut quae poena mortuo? cum omniam memorata apud inferos suppicia scelere meo nici: a prima adolescentia in ore uestro priuatius, & in magistratibus egi: qui lingua, qui consilio meo, qui pecunia uolnere, usi sunt: neque ego callidam secundiam, neque ingenium ad male faciendum exercui: anidissimus prinatae gratiae maximas inimicitias pro rep. suscepit, qui uetus cum illa simul, cum egens alienae opis plura mala exspectarem. uos, Quirites, rursum mibi pratrian,

AD POPULVM. 89
triām, deos penates cum ingenti dignitate dediſtis. Pro quibus beneficijs uix satis gratus uidear, si singulis animam, quam nequeo, concesſerim. nam uita, & mors iure naturae sunt: ut sine dedecore cum ciuibus fama, & fortunis integer agas, id dono datur, atque accipitur. consules nos fecisis Quirites domi, bellīq. impeditissima rep. namque imperatores Hispaniae stipendium, milites, arma, frumentum poscunt: & id res cogit: quoniam defectione sociorum, & Seritorij per montes fuga neque manu certare possunt, neque utilia parare: exercitus in Asia, Ciliciaq. ob nimias opes Mithridatis aluntur: Macedonia plena hostium est: nec minus Italiae maritima, & prouinciarum: cum interim uectigalia parua, & bellis incerta, uix partem sumptuū sustinent: ita classe, qua commeatus uehebatur, minore, quam ante nauigamus. haec si dolo, aut socordia nostra contracta sunt, agite uti libet, & ita supplicium sumite: si fortuna communis affior est, quare indigna uobis, nobisque, & rep. incipitis? Atque ego, cuius aetati mors propior est, non deprecor, si quid ea uobis incommodi demitur: neque mox ingenuo corpori honestius, quam pro uestra salute, finem uitae fecerint. Adsum, en C. Cotta cos. facio quod saepe maiores asperis bellis fecerit: uoueo, dedoq. me pro rep. quam deinde cui mandetis, circumspicite. nam talem honorem bonus nemo uolet: cum for-

ORATIO C. COTTAE COS.

fortunae, & pacis, & belli ab alijs acti ratio redenda, aut turpiter moriendum sit. tantummodo in animis habetote, non me ob scelus, aut auaritiam caesum, sed uolentem pro maximis beneficijs animam dono dedisse. per uos igitur, Quirites, & gloriam maiorum, tolerate aduersa, & consulte reip. Multa cura summo imperio inest, multi ingentes labores: quippe nequidquam abnuitis, & pacis opulentiam quaeritis: cum omnes provinciae, regna, maria, terraeq. aspera, aut fessa bellis sint.

90

ORATIO MACRI TRIB. PL.

AD PLEBEM, DE TRIENICIA

poteſtate recuperanda: ex libro 111. historiarum, teſte Frontone.

I, Q V I R I T E S, parum existimarentis, quid inter ius a maioribus relictum uobis, & hoc a Sylla paratum seruitium interesset, multis mihi differendum fuisset, dendumq. quas ob iniurias, & quoties a patribus armata plebes fecerisset, utiq. uindices parauiſſet omnis iuris sui tribunos pl. nunc hortari modo reliquum est, & ire primum uia, qua capessendam arbitror libertatem. neque me praeterit quamtas opes nobilitatis solus impotens inani specie magistratus pellere dominatione incipiam: quantoq. tutius factio noxiorum agat, quam soli innocentes. sed praeter spem bonam ex uobis, quae metum uicit, statui certaminis aduersa pro libertate potiora esse forti uiro, quam omnino non certauisse. quamquam omnes alij creati pro iure ueſtrorum cunctam, & imperia ſua gratia, aut ſpe, aut praeuijs in uos conuertere, meliusq. habent mercede delinquere, quam gratis recte facere. itaque omnes concessere iam in paucorum dominationem, qui per militare nomen, aerarium, exercitus, regna, provincias occupauere, & arcem habent ex ſpolijs ueſtris: cum interim more pecorum

ORATIO MACRI TRIB. PL.

rum uos multitudine singulis habendos , fruendosq.
traebitis , exuti omnibus quae maiores reliquere:
nisi quia uos meti ipsi per suffragia , ut praesides o-
lim , nunc dominos destinatis . itaque concessere il-
luc omnes : Et mox , si uerba receperitis , ad uos
redibunt plerique . rarus enim animus est ad ea ,
quae placent , defendenda: cetera ualidiorum sunt .
an dubium habetis , ne officere quid uobis uno ani-
mo per gentibus possit , quos languidos , secordesq.
pertinuerent nisi forte C. Cotta ex factione media
cosi aliter quam metu iura quaedam tribunis pl.
restituit . Et quamquam L. Cincius primus de po-
testate tribunus loqui ausus , mussantibus uobis
circumuentus erat: tamen prius illi iniuidiam me-
tuere , quād uos iniuriae pertaesum est . quod ego
nequeo satis mirari Quirites . nam spem frustra
fuisse intellexistis . Sylla mortuo , qui scelus im-
posuerat feruatum , finē mali credebatis . Ortus est
longe saeuior Catulus: tumultus intercessit Bruto ,
Et Aemilio Mamerco cos . Dein C. Curio ad exi-
tium usque in fontis tribuni dominatus est . Lucul-
lus superiore anno quātis animis ierit in L. Quint.
Etū , uidelis: quātacē denique nūc mihi turbae con-
citātur . quae profecto incassum agerētur , si prius ,
quād uos seruire di finem , illi dominationis facturi
erāt: praesertim cū his ciuilibus armis dīcta alia ,
sed certatum utrinque de dominatione in uobis sit .
itaque cetera ex licentia , aut odio , aut auaritia
in tempus arsere : permanuit una res modo , quae
utrinque

A D P L E B E M . 91
utrinque quaesita est: et erupta in posterum uis tri-
bunicia , telum a maioribus libertati paratum .
quod ego uos moneo quaesoque , ut animaduerta-
tis : neu omnia rerum ad ignauiam mutantes ,
otium pro seruitio appelleatis : quo iam ipso frui ,
si uera & honesta flagitium superauerit , non est
condicio . fuisse , si omnino quiesceris . nunc ani-
mum aduertite : Et nisi uiceretis , quoniam om-
nis iniuria grauitate tutior est , arctius habebūt .
Quid censes igitur ? aliquis uestrum subiecerit .
Primum omnium , omittendum morem hunc , quē
agit , impigrae linguae , animi ignauia , non ultra
concionis locū memores libertatis : deinde ne uos
ad uirilia illa uocem , quo tribunos plebei modo *

patricium magistratum , libera ab auctoribus pa-
tricijs suffragia maiores uestri parauere . quam-
uis , Quirites , in uobis sit , ut quae iussa nunc pro
alijs toleratis , pro uobis agere , aut non agere cer-
te possitis . Iouem , aut aliū quem deum consul-
torem exspectatis ? magna illa consulū imperia ,
Et patrum decreta uos exequendo rata efficitis
Quirites ; ultroq; licentiam in uos auctūm , atque
adiutum properatis . neque ego uos ultū iniu-
rias hortor , magis uti requiem cupiatis : neque
discordias , ut illi criminantur , sed earum finem
uolens , iure gentium res repeto : Et , si pertina-
citer retinebunt , non arma , neque secessionem ,
tantummodo ne amplius sanguinem uestrum prae-
beatis censeo . gerant , habeantq; suo modo im-
peria ,

peria, quaerant triumphos: Mithridatem, Sertorium, & reliquias exsulum persequantur cum imaginibus suis: absit periculum, & labores, quibus nulla pars fructus est: nisi forte repentina ista frumentaria lege munia nostra pensantur: cum tamen qui bis modis libertatem omnium cestimauere, hi profecto non amplius possunt alimento carere: namque utilis exiguitate mors prohibetur. senescunt uires, sic ut neque absolui cura familiaritatem parua res possit. at & ignavissimi quique tenuissima spe frustrantur: quae tamen quamvis ampla, quoniam seruitij pretium ostentarent, cuius torpedinis erat decipi, & uestrarum rerum ultro iniuria gratiam debere? namque alio modo, neque ualent in uniuersos, neque conabuntur. Cauendus tamen dolus est, itaque simul comparant delinimenta, & differunt uos in aduentum Cn. Pompei. quem ipsum, ubi pertinueret sublatum in cervices suas, mox dempto metu lacerant: neque eos pudet uindices, uti se ferunt, libertatis, tot uiros sine uno, aut remittere iniuriam non audere, aut ius non posse defendere. mihi quidem satis spectatum est, Pompeium tamiae gloriae adolescentem male principem uolentibus uobis esse, quam illis dominacionis, & sociuar, auctoremq. in primis fore tribuniciae potestatis. uerū Quirites antea singuli aues in pluribus non in uno cuncti praesidia habebatis: neque mortalium quisquam dare, aut eripe-

retalia unus poterat. itaque uerborum satis di-
ctum est. neque enim ignorantia res claudit: ne-
rum occupauit nescio quae nos torpedo: quia ne-
que gloria mouemini, neque flagitio: cunctaq.
praeuenti ignavia mutastis: abunde libertatem ra-
ti, quia tergis abstinetur: & buc ire licet, atque
illuc, munera ditium dominorum. atque haec ea-
dem non sunt agrestibus, sed ceduntur inter po-
tentium inimicitias, donoq. dantur in prouincias
magistratibus. ita pugnat, & uincitur a pa-
cis: plebes, quodcumque accidit, pro uicta est, &
in dies magis erit. siquidem maiore cura domi-
nationem illi retinuerunt, quam uos repetiueri-
tis libertatem.

EPISTOLA CN. POMPEII
AD SENATVM:
ex libro IIII. historiarum,
Diomedes teste.

I aduersus uos, patriamque, et deos pe-
nates toties labores, & pericula suscep-
pissim, quoties a prima adolescentia du-
etu meo scelestissimi hostes fusi, & uobis salus
quaesita est: nihil amplius in absentem me statuis-
setis, quam adhuc agitis, T. C. quem contra acta
tempioectum ad bellum saeuissimum, cum exer-
citu optime merito, quantum est in uobis, fame,
miserrima omnium morte, confecistis. Hac in spe
populus R. liberos suos ad bellum misit? haec sunt
praemia pro uulneribus, & toties ob rem. fuso
sanguine? fessus scribendo, mittendoq. legatos,
omnes opes, & spes priuatas meas consumpsi: cu
interim a uobis per triennium uix annuis sum-
ptus datus est. per deos immortales, utrum cen-
setis me uicem aerarij praestare, an exercitum si-
ne frumento, & stipendio habere posse? equidem
fateor, me ad hoc bellum maiore studio, quam
consilio profectum: quippe qui, nomine modo im-
perij a uobis accepto, diebus quadraginta exer-
citur paraui: hostesq. in ceruicibus iam Italiae
agentes ab Alpibus in Hispaniam summoi, per
eas iter aliud, atque Hannibal, nobis opportunius
pateteci: recepi Galliam, Pyrenaeum. Laceta-
niam Ilergetum: & primum impetum Sertorij
uicto-

AD SENATVM. 93
uictoris nouis quidem militibus, & multo paucioribus sustinui: biememq. in castris inter saeuissimos hostes, non per oppida, neque ex ambitione mea egi. quid deinde proelia, aut expeditiones bibernas, oppida excisa, aut recepta enumerem? quando res plus ualent, quam uerba? castra hostium apud Sucronem capta, & proelium apud flumen Durium, & dux hostium C. Herennius cum urbe Valentia, & exercitus deleti, satis clara uobis sunt. proq. his o grati patres, egestatem, & famem redditis. itaque meo, & hostium exercitu par condicio est. namque stipendium neutri datur: uictor uterque in Italiam uenire potest. quod ego uos moneo, quaeſoque, ut animaduertatis, neu cogatis necessitatibus priuatim mibi consule-re. Hispaniam citeriorem, quae non ab hostibus te netur, nos, aut Sertorius ad internectionem uasta uimus, praeter maritimas ciuitates, quae ultro nobis sumptui, oneriique. Gallia, superiore anno, Metelli exercitum stipendio, frumentoq. aluit: & nunc malis fructibus ipsa uix agitat. ego non rem familiarem modo, uerum etiam fidem consumpsi. reliqui uos esis, qui nisi subuenitis, iniuto: & prae dicente me, exercitus hinc, & cum eo omne belum Hispaniae, in Italiam transgredientur.

REX MITHRIDATES
REGI ARSACI S.
ex libro i v. historiarum,
Carisio teste.

MNES, qui secundis rebus suis ad bello societatem orantur, confederare debet, liceat ne tum pacem agere: deinde, quod quaeritur, satis ne pius, tutum, gloriosum, an indecorum sit. Tibi perpetua pace frui liceret, nisi hostes opportuni, & scelestissimi. egregia fama, si Romanos oppresseris, futura est, neque petere audeam societatem, & frustra mala mea cum bonis tuis miseri sperem. atqui ea, quae te morari posse uidentur, ira in Tigranem recentis belli, & meae res parum prospere, si uera existimare uoles, maxime hortabuntur. ille enim obnoxius, quem tu uoles, societatem accipiet. Mihi fortuna multis rebus erexit usum dedit bene suadendi: & quod florentibus optabile est, ego non ualidissimus praebeo exemplum, quo rectius tua componas. Namque Romanis cum nationibus, populis, regibus cunctis una, & ea uetus causa bellandi est, cupidus profunda imperij, & diuitiarum: qua primo cum rege Macedonum Philippo bellum sumpsero. Dum a Carthaginensibus premebantur, amicitiam simulantes ei subuenientem Antiochum, concessione Asiae per dolum auertere: ac mox a Philippo Antiochus omni cis Taurum agro, & decem millibus talentorum spoliatus est.

Per-

MITHRIDATIS.

94

Personae deinde Philippi filium post multa, & uaria certamina, apud Samothracas deos acceptum infidem, callidi, & repertores perfidiae, quia pater uitam dederant, in somnis occidere. Eumenem, cuius amicitiam gloriose ostentant, initio prodidere Antiocho, pacis mercede poshabita: custodi agri captivi sumptibus, & contumelij ex rege miserrimum seruorum effecere: simulatoꝝ impio testamento, filium eius Aristonicum, quia patrum regnum petuerat, hostium more triumphum duxere: Asia ab ipsis obessa est: postremo totam Bityniam, Nicomedem mortuo, diripuere, cum filius Nusa, quem regem appellauebat, genitus haud dubie esset. nam quid ego me appellem? quem disunxit undique regnis, & tetrarchis ab imperio eorum, quia fama erat diuitem, neque scruturum esse, per Nicomedem belle lacestiuerunt, sceleris eorum haud ignarum, & ea, quae accidere, testatum antea. Cretenses soli omnium liberi ea tempestate, & rex Ptolemaeus. atque ego ultus iniurias, Nicomedem Bitynia expuli, Asiamq. spolium regis Antiochi recepi, & Graeciae dempſi graue scrutium. incepit mea postremus seruorum Archelans, exercitu prodito, impediuere: illique, quos ignavia, aut prana callidas, ut meis laboribus tuti essent, armis abstinuit, acerbissimas poenas soluunt. Ptolemaeus pretio dicem belli prolatat: Cretenses impugnati semel iam, neque finem, nisi excidio, habentur.

O 2 bituri.

bituri . equidem , cum mibi ob ipsorum interna mala dilata proelia magis , quam pacem datam intel ligerem ; abnuente Tigrane , qui mea dicta se ro probat , te remoto procul , omnibus alijs obno xijs , rursus tamen bellum cepit : Marcumq. Cottā Romanum ducem apud Chalcedona terra fudi , mari exsui classe pulcherrima : apud Cyzicum ma gno cum exercitu in obsidione morant frumentum defuit , nullo circum admittente : simul hiems mari prohibebat . ita sine ui hostium regredi coactus in patrium regnum , naufragijs apud Parum , & Heracleam militum optimos cum classibus amisi . restituto deinde apud Cabira exercitu , & uarijs interme , atque Lucullum proelijs , inopia rursus ambos incessit . illi suberat regnum Ariobarzanis bello intactum : ego , uaestatis circum omnibus locis , in Armeniam concessi : sicutiq. Romani non me , sed morem suum omnia regna subuertendi , quia multitudinem arctis locis pugna prohibuere , imprudentiam Tigrani ? pro uictoria ostentant . nunc quaeso considera , nobis oppres sis , utrum firmiorem te ad resistendum , an si nem belli futurum putas ? Scio equidem , tibi ma gnas opes uirorum , armorum , & auri esse : & ea re a nobis ad societatem , ab illis ad praedam peteris . ceterum consilium est , Tigranis regno in tegro , meis militibus , procul ab domo , paruo labore per nostra corpora bellum confidere : quando ne que uincere , neque uinci sine tuo periculo possu mus .

mus , an ignoras Romanos , postquam ad Occiden tem per gentibus finem Oceanus fecit , arma huic conuertisse ? neque quidquam a principio , nisi partum habere , domum , coniuges , agros , imperium , conuenas , olim sine patria , sine parentibus , pe stie conditos orbis terrarum : quibus non humana ulla , neque diuina obstant , quin socios , amicos , procul iuxtaq. fitos inopes , potentesq. trahant , excidantque ; omniaque , et maxime regna hostilia ducant . namque pauci libertatem , pars magna ius dominos uolunt : nos suspici sumus aemuli , & in tempore uindices affuturi . Tu uero , cui Seleucia maxima urbium , regnumq. Persidis in clytis dimitijs est , quid ab illis , nisi dolum in praesens , & postea bellum exspectas ? Romani arma in omnes habent , acerrima in eos , quibus uictis spolia maxima sunt : audendo , & fallendo , & bella ex bellis ferendo magni facti . per hunc morem extinguent omnia , aut occident : quod difficile non est , situ Mesopotamia , nos Armenia circumgredimur : exercitus sine frumento , sine auxilijs : fortuna autem nostris uitijs adhuc incolumis . teq. illa fama sequetur , auxilio profectum magnis regibus , latrones gentium oppressisse . quod nti facias moneo , hortorque , neu malis pernicie nostratum imperium prolatare , quadam societate uictor fieri .

AD C. CAESAREM DE
REP. ORDINANDA.

OPVLVS R. antea obtinebat regna,
 P atque imperia, fortunam dono dare,
 item alia, quae per mortales aude cupiuntur: quia & apud indignos saepe erant quasi per libidinem data: neque cuiquam incorrupta permanerant. sed res docuit id uerum esse, quod in carminibus Appius ait, Fabrum esse suae quemque fortunae: atque in te maxime, qui tam tum alios praetergressus es, ut prius defessi sint horribiles laddando facta tua, quam tu laude digna faciendo. ceterum ut fabricata, sic uirtute parta, quam magna industria haberri decet: ne incuria deformentur, aut corruant infirmata. nemo enim alteri imperium volens concedit: & quamvis nouus, atque clemens sit, qui plus potest, tamen, quia malo esse licet, formidatur. id euenit, quia plerique rerum potentes peruerse consulunt: & eos munitiores putant, quo illi, quibus imperitant, nequiores fuere. at contra id eniti decet: cum ipse bonus, atque strenuus sis, uti quam optimis imperites. nam pessimus quisquam asperime rectorem. sed tibi hoc grauius est, quam ante omnibus te armis parta componere. bellum aliorum pace mollius gessisti: ad hoc uictores praedam petunt, uicti ciues sunt. inter has difficultates

eu-

euadendum est tibi, atque in posterum firmando resp. non armis modo, neque aduersum hostes, sed, quod multo maius multoq. asperius est, bonis pacis artibus. ergo omnes magna mediocriq. sapientia res huc uocat: quae quisque optima potest, uti dicat. ac mihi sic uidetur: qualicumque modo tu uictoriam composueris, ita alia omnia futura. sed iam quo melius, faciliusq. constitutas, paucis, quac me animus monet, accipe. Bellum tibi fuit Imperator cum homine claro, magnis opibus, auido potentiae, maiore fortuna, quam sapientia: quem secuti sunt pauci, per suam iniuriam tibi inimici: item quos affinitas, aut alia necessitudo traxit. nam particeps dominationis neque fuit quisquam: neque, si pati potuisset, orbis terrarum bello concussus foret. cetera multitudo uulgi more magis, quam indicio, post aliis alium, quasi prudentiorem secuti. Per idem tempus maledictis iniquorum occupandae reip. in spem adducti homines, quibus omnia probro, ac luxuria polluta erant, concurrere in castra tua: & aperte quietis mortem, rapinas, postremo omnia, quae corruptus animus inhibebat, minitari. ex queis magna pars, ubi neque creditum condonare, neque te ciuibus, sicuti hostibus, uti uident, defluxere. pauci restitere, quibus maius otium in castris, quam Romae futurum erat: tamta uis creditorum impendebat. sed ob easdem causas irmane dictu est, quanti, & quam

O 4 multi

multi mortales postea ad Pompeium discesserint : eoq. per omne tempus belli quasi sacro , atque inspoliato fano debitores usi . Igitur quoniam tibi uictori de bello , atque pace agitandum est : hoc uti ciuiliter deponas , illa ut quamvisissima , & diuturna sit : de te ipso primum , quia compositurus es , quod optimum factu est , existima . equidem ego cuncta imperia crudelia , magis acerba , quam diuturna arbitror : neque quemquam a multis metuendum esse , quin ad eum ex multis formido recidat : eam uitam bellum aeternum , & anceps gerere : quoniam neque aduersus , neque ab tergo , aut lateribus tutus sis , semper in periculo , aut metu agites . contra , qui benignitate , & clementia imperium temperauere , his laeta & candida omnia uisa , etiam hostes aquiores , quam alijs ciues . an qui me his dictis corruptorem uitoriae tuae , nimisq. in uitios bona uoluntate praedicent ? scilicet quod ea , quae externis nationibus , natura hostibus , nosq. maioresq. nostri saepe tribuere , ea ciuibus danda arbitror : neque barbaro ritu caede caedem , & sanguine sanguinem expiandum . an illa , quae paullo ante hoc bellum in Cn. Pompeium uitoriq. Syllanam increpabantur , obliuio abstulit ? interfecit Domitium , Carbonem , Brutum , alios item non armatos , neque in proelio belli iure , sed postea supplices per summum scelus interfecitos : plebem Romanam in villa publica pecoris modo consciissam .

heu

heu qudm illa occulta ciuium funera , & repentinae caedes , in parentum , aut liberorum sinum fuga , mulierum & puerorum , uastatio domorum : ante partam a te uitioriam omnia facua , atque crudelia erant . ad quae te illi ijdem hortantur : & scilicet id certatum esse utriusque uestrum arbitrio , iniuria ut fierent : neque receptam , sed captam a te remp. & ea causa exercitus stipendijs confessis optimos , & ueterimos omnium , aduersum fratres , parentesq. alij liberos armis contendere : ut ex alienis malis deterrimi mortales uentri , atque profundae libidini sumptus quaererent : atque essent opprobria uitoriae , quorum flagitijs commacularetur bonorum laus . neque enim te praeterire puto , quali quisque eorum more , aut modestia , etiam tum dubia uitoria , se se gesserit : quoq. modo in bello administratione scorta , aut coniuia exercuerint nonnulli ; quorum aetas ne per otium quidem tales uoluptates sine dedecore attigerit . De bello satis dictum . de pace firmanda , quoniam tuque , & omnes tui agitatis : primum id , quae so , considera , quale id sit de quo consultas : ita , bonis , malisq. dimotis , patienti uia ad uerum perges . Ego sic existimo , quoniam orta omnia intereunt , qua tempestate urbi Romanae fatum excidijs aduentarit , ciues cum ciuibus manus conferturos , ita defessos , & exangues regi , aut nationi praedae futuros . aliter non orbis terrarum , neque cunctae gentes congregabatze

batae mouere , aut contundere queunt hoc imperium . firmando igitur sunt concordiae bona , & discordiae mala expellenda . id ita eueniet , si sumptum , & rapinarum licentiam dempseris ; non ad uetera instituta renovans , quae iam pridem corruptis moribus ludibrio sunt ; sed si suam cuique rem familiarem , & finem sumptuum statueris . quoniam is incessit mos , ut homines adolescentuli sua , atque aliena consumere , nihil libidini , atque alijs rogantibus denegare , pulcherrimum putent : eam uirtutem , & magnitudinem animi , pudorem , atque modestiam pro se cordia aestimet . ergo animus ferox prava uia ingressus , ubi consuetu non suppetunt , fertur accensus in socios modo , modo in ciues : mouet composita , & res nouas ueteribus acquirit . quare tollendus foenerator in posterum , uti suas quisque res curemus . ea uera , atque simplex uia est , magistratum populo , non creditori gerere : & magnitudinem animi in addendo , non demendo reip . ostendere . atque ego scio , quam aspera haec res in principio futura sit , praesertim ijs , qui se in uictoria licentius , liberius que , quam arctius futuros credebat : quorum si saluti potius , quam libidini consules , illosq . nosq . & socios in pace firma constitutes . si eadem studia , artesq . iuuentuti erunt : nae ista cgregia tua fama simul cum urbe Roma breui concidet . postremo sapientes pacis causa bellum gerunt ; laborcim spe otij sustentant . nisi illam fir-

mam

mam effici , uinci , an uicisse quid retulit ? quare capesse per deos remp . & omnia aspera , uti sole , per uade . namque aut tu mederi potes ; aut omittenda est cura omnibus . neque quisquam te ad crudelis poenas , aut acerba iudicia inuocat , quibus ciuitas uastatur magis , quam corrigitur ; sed ut prauas artes , malasq . libidines ab iuuentute prohibeas . ea uero clementia erit , consuluisse , ne immerito ciues patria expellerentur , retinuisse ab stultitia , & falsis uoluptatibus ; pacem , concordiamq . stabiliuisse : non , si flagitiis obsecutus , delicta perpeccus , praesens gaudium cum mox futuro malo concesseris . ac mili animus , quibus rebus alij timent , maxime erexitur est , negotij magnitudine : & quia tibi terrae , & maria simul omnia componenda sunt , (quippe res paruas tam tum ingenium attingere nequit) magnae curae magna merces est . igitur provideas oportet , ut plebs , largitionibus , & publico frumento corrupta , habeat negotia sua , quibus ab malo publico detineatur : iuuentus probitati , & industriae , non sumptibus , neque diuitiis studeat . id ita eueniet , si pecuniae , quae maxima omnium perniciis est , usum atque dedecus dempseris . nam saepe ego cum animo meo reputans , quibus quisque rebus clarissimi uiri magnitudinem inuenisset , quae res popullos nationes ue magnis auctoribus auxiissent , ac deinde quibus causis amplissima regna , & imperia corruissent : eadem semper bona atque mala repe- riebantur ,

*neque his quidem legibus inservit reliquit iudicia, tametsi sicut antea tribus ordinibus tradita sunt: tamen idem illi factiosi regunt, dant, admunt, quae lubet: innocentes circumueniunt: suos ad honorem extollunt. non facinus, non probrum, aut flagitium obstat, quo minus magistratus capiant: quod commodum est, trahunt, rapiunt: postremo, tamquam urbe capta, libidine, ac licentia sua pro legibus utuntur. ac me quidem medio crisi dolor angeret, si uirtute partam uictoriam more suo per seruitum exercent. sed homines inertissimi, quorum omnis uis, uirtusq. in lingua sita est, forte, atque alterius secordia dominacionem oblatam insolentes agitant. nam quae seditio, aut dissensio civilis tot tamq. illustres familias ab stirpe euertit? aut quorum umquam uictoria animus tam praeceps, tamq. immoderatus fuit? L. Sylla, cui omnia in uictoria lege belli licuerunt, tametsi a Sulpicio hostium partes muniri intelligebat, tamen, paucis interfectis, ceteros beneficio, quam metu, retinere maluit. at hercule nunc cum Catone, L. Domitio, ceterisq. eiusdem factionis, quadraginta senatores, multi praeterea cum spe bona adolescentes, sicuti hostiae maclati sunt: cum interea importunissima genera hominum tot miserorum ciuium sanguine satiari nequierint: non orbi liberi, non parentes exacta aetate, non gemitus uirorum, luctus mulierum immanem eorum animum inflexit: quin, acerbius in dies male

le faciendo, ac dicendo, dignitate alios, alios ciuitate euersum irent nam quid ego de te dicam, cuius contumeliam homines ignauissimi uita sui commutare uolunt? Scilicet neque illis tamiae uoluptati est (tametsi inperantibus accidit) dominatio, quanto maerori tua dignitas: qui optatus habent ex tua calamitate periculum libertatis facere, quam per te populi R. imperium maximum ex magno fieri. quo magis tibi etiam atque etiam animo prospiciendum est, quonam modo rem stabilitas, communiasque: mibi quidem quae mens suppetit, eloqui non dubitabo. ceterum tui erit ingenij probare, quae uera, atque utilia facti putes. in duas partes ego ciuitatem diuisam arbitror, sicut a maioribus accepi, in patres, & plebem. antea in patribus summa auktoritas erat, uis multo maxima in plebe. itaque saepius in ciuitate secessio fuit: semperque nobilitatis opes diminutae sunt, & ius populi amplificatum. sed plebes eo libere agitabat, quia nullius potentia super leges erat: neque diuitijs, aut superbia, sed bona fama, factisque fortibus nobilis ignobilem anteibat: humilius quisque in armis, aut militia, nullius honestae rei egens, satis sibi, satisq. patriae erat. sed, ubi eos paullatim expulsos agris, inertia, atque inopia incertas domos habere subegit: coepere alienas opes petere, libertatem suam cum repub. uenalem habere. ita paullatim populus, qui dominus erat, & cunctis gentibus impe-

P ritabat,

ritabat, dilapsus est: & pro communii imperio, priuatam sibi quisque seruitutem peperit. haec igitur multitudo primum malis moribus imbuta, deinde in artes, uitiasq; uarias dispensata, nullo modo inter se congruens, parum mihi quidem idonea uidetur ad capessendam remp. ceterum, additis nouis ciubus, magna mēspes tenet, fore, ut omnes exergescantur ad libertatem: quippe cum illis libertatis retinendae, tum his seruitutis amittendae cura orietur. hos ego censeo permisitos cum ueteribus nouos in coloniis constitutas. ita et res militaris opulentior erit: et plebes bonis negotijs impedita, malum publicum facere desinet. sed non inscius, neque imprudens sum, & quae mea res agetur; quae saeuitia, quae ue tempestates hominum nobilium futurae sint, cum indignabuntur omnia funditus misceri, antiquis ciubus hanc seruitutem imponi, regnum denique ex libera ciuitate futurum, ubi unius munere multitudo ingens in ciuitatem peruererit. equidem ego sic apud animum meum statuo, malum facinus in se committere, qui incommodo reip. gratiam sibi conciliet. ubi bonum publicum, etiam priuatim usui est: id uero dubitare aggredi, secordiae, atque ignauiae duco. M. Liuio Dru so semper consilium fuit, in tribunatu summa operi niti pro nobilitate: neque ullam rem in principio agere intendit, nisi illi auctiores fierent homines fustiosi, quibus dolus, atque malitia fide cariora erant. ubi intellexerunt, per unum hominem maxi-

maximum beneficium multis mortalibus dari: uidelicet & sibi quisque conscius, malo atque infido animo esse: de M. Liuio Druso iuxta, ac de se, existimarunt. itaque metu, ne per tantam gratiam solus rerum potiretur, contra eam nixi, sua ipsius consilia dislurbauerunt. quo tibi imperator maiore cura fideq; amici, & multa praesidia paranda sunt. hostem aduersum deprimere frenu homini haud difficile est: occulta pericula neque facere, neque uitare, bonis in promptu est. igitur ubi eos in ciuitatem adduxeris, quoniam quidem renouata plebs erit, in ea re maxime animum exercitato, ut colantur boni mores: concordia inter ueteres, & nouos coalescat. sed multo maximum bonum patriae, ciubus, tibi, liberis, postremo humanae genti pepereris, si studium pecuniae aut susluleris, aut, quoad res feret, minueris. aliter neque priuata res, neque publica, neque domi, neque militiae regi potest. Nam ubi cupido diuitiarum inuasit, neque astricta, neque artes bonae, neque ingenium ullum satis pollet: quin animus magis, aut minus mature, postremo tamen succumbit. saepe iam audiui, qui reges, quae ciuitates, & nationes per opulentiam magna imperia amiserint, quae per uirtutem inopes ceperant. id adeo haud mirandum est. Nam ubi bonus deteriorem diuitijs magis clarum, magisq; acceptū uidet, primo aestuat, multaq; in pectore uoluit: sed ubi gloria honorem

magis in dies , uirtutem opulentia uincit : animus ad uoluptatem a uero deficit . Quippe gloria industria abitur : ubi eam dempseris , ipsa per se uirtus amara , atque aspera est . postremo , ubi diuitiae clarae habentur , ibi omnia bona uilia sunt , fides , probitas , pudor , pudicitia . Nam ad uirtutem una , & ardua uia est : ad pecuniam , qua cuique lubet , nititur : & malis , & bonis rebus ea creatur . ergo in primis auctoritatem pecuniae demito : neque de capite , neque de honore ex copijs quisquam magis , aut minus iudicauerit ; si neque praetor , neque consul ex opulentia , uerum ex dignitate creetur . sed de magistratu facile populi iudicium fit . iudices a paucis probari regnum est : ex pecunia legi in honestum . quare omnes primae classis iudicare placet , sed numero plures , quam iudicant . neque Rhodios , neque alias ciuitates umquam suorum iudiciorum paenituit : ubi promiscuedives , & pauper , ut cuique fors tulit , de maximis rebus iuxta , ac de minimis disceptat . sed de magistribus creandis haud mibi quidē absurde placet lex , quam C. Gracchus in tribunatu promulgauerat ; ut ex confusis quinque classibus sorte ceterum turiae uocaretur : ita coaequati dignitate , pecunia , uirtute anteire alius alium properabit . nec ego magna remedia contra diuitias statuo . Nam perinde omnes res laudantur , atque appetuntur , ut earum rerum usus est : malitia praemij exercetur . ubi ea dempseris , nemo omnium gratuito malus est . ce-

DE REP. ORDINANDA . 103
 terum auaritia bellua fera , immanis , intoleranda est : quò intendit , oppida , agros , fana , atque domos uastat : diuina cum humanis permiscat : neque exercitus , neque moenia obstant , quo minus uis sua penetret : fama , pudicitia , liberis , patria , atque parentibus cunctos mortales spoliat . uerum si pecuniae decus ademeris : magna illa uis auaritiae facile bonis moribus uincetur . atque haec ita se habere tametsi omnes aequi , atque iniqui memorent : tamen tibi cum factio nobilitatis haud mediocriter certandum est : cuius si dolum caueris , alia omnia in proclivi erunt . nam hi , si uirtute satis ualerent , magis acmuli bonorum , quam iniudi essent . quia desidia , & inertia , & stupor eos , atque torpedo inuasi : strepunt , obtrectant , alienam famam suum dedecus existimant . sed quid ego plura , quasi de ignotis memorent ? M. Bibili fortitudo , atque animi uis in consulatum erupit : hebes lingua , magis malus , quam callidus ingenio . quid ille audeat , cui consulatus maximum imperium maximo dedecori fuit ? An L. Domitij magna uis est , cuius nullum membrum a flagitio , aut facinore uacat ? lingua uana , manus cruentae , pedes fugaces ; quae honeste nominari nequeunt , in honestissima , unius tamen M. Catonis ingenium uersutum , loquax , callidum haud contemno . parantur haec disciplina Graecorum . sed uirtus , uigilantia , labos apud Graecos nulla sunt . quippe , cum domi libertatem suam per in-

ertiam amiserint; censes ne eorum praeceptis imperium haberi posse? reliqui de factione sunt inertissimi nobiles: in quibus, sicut instituto, praeter nomen nihil est additamenti. L. Postumius, & M. Faonius mibi uidentur, quasi magnae nauis ~~super~~ tracua onera esse, ubi salui peruenire uisi sunt: si quid aduersi coortum est, de illis potissimum iactura fit: quia pretij minimi sunt. Quoniam nunc, ut mili uideor, de plebe renouanda, corrigendaq. differui: de senatu, quae tibi agenda uidentur, dicam. Postquam mibi aetas, ingeniumq. adoleuit, haud ferme armis, atque equis corpus exercui: sed animum in litteris, quod natura firmus erat in laboribus, habui. atque ego in ea uita multa legendo, atque audiendo ita compri, omnia regna, ciuitates, nationes usque eò prosperum imperium habuisse, dum apud eos uera consilia ualuerunt: ubicumque gratia, timor, uoluptas ea corrupere, post paullo imminutae opes, deinde ademptum imperium, postremo servitus imposita est. equidem ego sic apud animum meum statuo, cucumque in sua ciuitate amplior, illuftriorq. locus, quam alijs est, ei magnam curam esse reip. nam ceteris salua urbe tam tummodo libertas tuta est: qui per uirtutem sibi diuitias, decus, honorem pepererunt: ubi paullum inclinata respub. agitari coepit, multipliciter animus curis, atque laboribus fatigatur: aut gloriam, aut libertatem, aut rem familiarem defensat: omnibus

buc

bus locis adestr, festinat: quanto in secundis rebus florentior fuit, tanto in aduersis affrictus, magisq. anxie agitat. igitur ubi plebs senatu, sicut corpus animo obedit, eiusq. consilia exequitur: patres consilio ualere decet, populo superuacanea est callidas. itaque maiores nostri, cum bellis asperrimis premerentur, equis, uiris, pecunia amissa, numquam defessi sunt armati de imperio certare: non inopia aerarij, non uis hostium, non aduersa res ingentem eorum animum subegit, quin quae uirtute ceperant, simul cum anima retinebant. atque ea magis fortibus consilijs, quam bonis proelijs patrata sunt. quippe apud illos una resp. erat, ei consulebant, factio contra hostes parabatur: corpus, atque ingenium patriae, non suae quisque potentiae exercitabat. at hoc tempore contra homines nobiles, quorum animos secordia, atque ignavia invasit, ignari laboris, hostium, militiae, domi factione instructi, per superbiam cunctis gentibus moderantur. itaque patres, quorum consilio antea dubia resp. stabiliebatur, oppressi ex aliena libidine huc, atque illuc fluctuantes agitantur: interdum alia, deinde alia decernunt: uti eorum, qui dominantur, simultas, ac arrogantia fert, ita bonum, malumq. publicum existimant. quod si aut libertas aequa omnium, aut sententia obscurior esset, maioribus opibus resp. & minus potens nobilitas esset. sed quoniam coaequa ri gratiam omnium, difficile est: quippe cum illis

maiorum uirtus partam reliquerit gloriā , dignatatem , clientelas : cetera multitudo pleraque incia , sit sententia eorum a metu libera . ita occulto sibi quisque alterius potentia carior erit . libertas iuxta bonis & malis , strenuis , & ignauis optabilis est . uerum eam plerique metu deferrunt . stultissimi mortales , quod in certamine dubium est , quorū accidat , id per inertiam in se , quasi uicti , recipiunt . igitur duabus rebus confirmari posse senatum puto : si numero auctus per tabellam sententiam feret . tabella obtentui erit , quo magis animo libero facere audeat : in multitudine , et praefidij plus , & usus amplior est . nam fere h̄ tempestatis , alijs iudicijs publicis , alijs priuati suis atque amicorum negotijs implicati , haud sane reip. consilijs adfuerunt : neque eos magis occupatio , quam superba imperia distinuere . homines nobiles cum paucis senatorijs , quos additamenta factionis habent , quaecūque libuit probare , reprehendere , decernere , eaq. uti libido tulit , facere . uerum ubi , numero senatorum aucto , per tabellam sententiae dicentur , illi superbiam suam dimittēt , ubi ijs obediendum erit , quibus antea crudelissime imperitabant . forsitan imperator perfectis litteris , decernes , quem numerum senatorum fieri placeat ; quoq. modo in multa , & uaria officia distribuatur . & quoniam iudicia primae classis mitten da putem , quae descriptio , qui numerus in quoque genere futurus sit , ea mibi omnia generatim de-

scri-

scribere haud difficile factū fuit : sed prius laborandum uisum est de summa consilij : idq. tibi probandum uerum esse . si hoc itinere uti decreueris , cetera in promptu erunt . uolo ego consilium meum prudens , maximeq. usui esse . nam ubicumque tibi res prospere cedet , ibi mibi bona fama euueniet . Sed me illa magis cupidō exercet , ut quocumque modo , & quamprimum resp. adiuuetur . libertatem gloria clariorem habeo . atque ego te oro , hor torque , ne clarissimus imperator , Gallica gente subacta , populi R. summum , atque iniuctum imperium tabescere uestitate , ac per summam secordiam dilabi patiaris . profecto , si id accidat , neque tibi nox , neque dies curam animi sedauerit : quin in somnijs excitus furibundus , atque amens alienata mente feraris . namque mihi pro uero constat , omnium mortalium uitam diuino nomine inuisi : neque bonum , neque malum facinus cuiusquam pro nibilo haberī : sed ex natura diuersa præmia bonos , malosq. sequi . interea forte et tardius procedunt : sius cuique animus ex conscientia spem praebet . quod si tecum patria , atque parentes possent loqui , scilicet haec tibi dicerent . O Caesar , nos te genuimus fortissimi viri in optimā urbe decus , praefidumq. nobis , hostibus terrorē : quae multis laboribus , & periculis ceperamus , ea tibi nascenti cum anima simul tradidimus , patriā maximam in terris , domum familiamq. in patria clarissimam , præterea bonas artes , honestas diuitias ,

tias , postremo omnia honestamenta pacis , & prae-
mia belli . pro his amplissimis beneficijs , non fla-
gitium a te neque malum facinus petimus , sed uti
libertatem euersem restituas . quare patrata , pro-
fecto per gentes omnes fama uirtutis tuae uolita-
bit . namque hac tempestate , tametsi domi , mili-
tiae q̄. praeclara facinora egisti , tamen gloria tua
cum multis uiris fortibus aequalis est : si uero urbē
amplissimo nomine , & maximo imperio prope-
iam ab occasu restitueris , quis te clarior , quis ma-
ior in terris fuerit ? quippe si morbo iam , aut fa-
to huic imperio secus accidat : cui dubium est , quin
per orbem terrarum uastitas , bella , caedes , orian-
tur ? quod si tibi bona libido fuerit , patriae , paren-
tibus gratificandi : postero tempore , rep. restitu-
ta , super omnes mortales gloria agnita , tuaq̄.
unius mors uita clarior erit . nam uiuos interdum
fortuna , saepe inuidia fatigat : ubi anima naturae
cessit , demptis obtrectatoribus ipsa se uirtus ma-
gis , magis q̄. extollit . Quae mihi utilissima factū
uisa sunt , quaeq̄. tibi usui fore credidi , quam pa-
cissimis potui , perscripsi . ceterum deos immorta-
les obtestor , ut , quocumque modo ages , ea resti-
bi , reiq̄. pub. profspere eueniat .

P O R C I I L A T R O N I S DECLAMATIO CONTRA

L. SERGIVM CATILINAM.

I QVID precibus apud deos immor-
tales , sanctissimi iudices , nobiscum ali-
quando ualuissemus , iam dudum & poti-
remur rep. nostra florentissima , & ciues nostros
haberemus tum studiosos rerum gerendarum , tum
patriae simul , ac uirtutis amantissimos : idq̄. tem-
poris eximia laetitia frueremur , cum rationes o-
mnes dicendi nostras in laudem summorum , atque
optimorum ciuium consumendas esse uideremus .
nihil enim statuimus animo dignius nec autorita-
te maiorum , nec opinione populari , quam in eo
genere uersari forensis exercitationis , quae canere
laudes egregias summorum hominum posset , at-
que animos inflammare nostrae ciuitatis ad imitan-
dum . uerum dicendi uoluptas olim sapientissimo
uiro M. Catoni plane contigerit , necnon & Gal-
bae , Scipioni , Gracchis , Porcinæ , Craffo , atque
Antonio , summis atque ornatiissimis oratoribus :
quorum tempora , singulare praeflantia uirtutis ,
ac studio paene incredibili pulcherrimarum artū
floruerunt . nobiscum uero sententia nostra bene
ageretur , si modo tam tum abessemus ab illa mode-
stia temporum , atque hominum , nec incidisse-
mus in atrocissimos reip. fluctus , ac miserandam

tem-

temporum calamitatem. Marco siquidem Catoni, & Scipioni coetaneo suo, monumentis immortalibus huius urbis, & sine dubio clarissimis lumenibus temporum suorum, de legibus dicendum erat, de institutis maiorum, de gloria militari, persaepe de laudibus, ac iustorijs. nobis uero, qui deuenimus in hanc truculentam temporum conditionem, sublata est omnis gratia dicendi, atque interceptus locus omnis aut iucundissimi sermonis, aut conciliandae benevolentiae popularis. nam si quando vox nostra, siue a foro, siue a curia desideratur, dicendum est perpetuo nobis aut de tae-terrим huius patriae calamitatibus, aut de nefarijs oppressionibus ciuium, aut de perditae iuuentutis nunc impudicitia flagitiosa, nunc ignavia singulari. quare pestium quamta in dies redundatio est, nos estis testimonio iudices, quorum aures calluerunt assiduitate paene quotidiana, copiaque incredibili ciuilium controversiarum. Duximus equidem paucis ante diebus, ut probe meminisse potestis, de L. Glabronis immanitate, atque audacia, furiosissimi hominis, & sine dubio crudelissimi: cuius in senatu sica pridie deprehesa est, qua M. Papirium, lucem omnis patriciae dignitatis, extinguere moliebatur. nunc uero dicendum est de L. Catilinae sceleratissima mente, atque inusitata nequitia, quam nuper, in omnium ciuium perniciem, stragemq. redundaturam, dij immortales in auctorem sceleris, tu benignitate sua, tum consulari

fulari uigilia, retorserunt. quaeſo igitur, iudices, diligenter attendite, remq. cognoscite barbaram crudelitatem, periculo uero & calamitate reipub. pernicioſissimam. Lucius siquidem Catilina non ignobili genere praeditus, neque infima uirtute, sed dotes egregias, tum fortunae, tum corporis ad dignitatem urbis, non ad perniciem conferre statuifset, remp. nuper ex atrocissimis bellorum ciuilium vulneribus paullisper respirantem nouis insidijs opprimere conatus est. quid exhorruistiſ, iudices? non modo opprimere conatus est, sed crudelissime uexare: non uexare tamquam, sed inuadito quodam genere feritatis extinguere. manum ad id comparat, diuersam quidem genere, sed magnitudine sceleris, uitiaeque similitudine paene eadem: quam exacerbatam continua penuria rei familiaris, & ob id desiderio praedae mirabiliter flagrantem, illecebrae sibi facillime conciliauerunt. consilia nefarij facinoris in amplissimi ciuiis M. Laecae domo decoquebantur: ad eam greges confluēbant perditorum adolescentium, quorum hic familiaritatem eximiam consecutus fuerat, conciliatam partim assuetudine stupri, partim genere quodam nefariae largitionis. adhibiti sunt & coetus barbarorum hominum, nobilitati non solum magnitudine, & summa aeris alieni, uerum etiam consuetudine, ac studio turpissimarum verum. nec aliae misericordies ab eo coetu religioso, nocturno, prorsus absuſſe indicatae sunt. nulla denique portenta urbis,

bis, nullae finitimarum regionum pestes repertae sunt, quae non denotatae solertiae per hunc, per magnitudinem inopiae facillime concitatae, repente denolauerint in aream ipsam nefariae, atque flagitiosae coniurationis. Ratio consiliorum fuit, ut Saturnalibus proxime futuris, uniuersi cum armis ad ipsius Laecae domū praefecto forēt: ibi q.dato signo collaborerūt omnes, partim ad diripiendā, inflammandamq. urbē, partim ad trucidandū senatū, partim ad eos conficiendos, qui praefidū urbi ferre uoluissent; Catilinā interim omnes et ducem, & imperatorē appellarent. Audistis iudices satis evidenter, ut arbitror, consiliū sceleratissimi hominis Catilinæ, rei q.indignissimæ miserabilē ac detestabili crudelitatem: nunc uero audienda cauſsa est, agnoscēdaq. faces, quibus ille flagravit ad cupiditatē huiusmodi sceleratificatoris obeundā. quas si plane comprobatas uobis, ut arbitror, planeq. illustratas evidentibus signis attulero: nihil erit impedimento, quin hostem reip. crudelissimum, atque infestissimum summis supplicijs, summis cruciatibus multandum, ac mactandum esse iubeat. Tria, iudices, sententia mea, scelerata, crudelia, flagitiosa, inuadita, quae mentem Catilinæ semper immoderatam, semperq. nouis rebus studentem, ad exitium patriæ commouerunt, nunc dicenda sunt. primum, ratio quaedam trifisi simultatis: qua ductus, uniuerſum senatum ex memoria repulsaे consulatus capitaliter fuit semper

in-

insectatus. secundo, rabies quaedam temerariae ambitionis, sitiens immodicæ gloriae, prorsusq. inflammata perpetua quadam, & singulari cupiditate dominandi. postremo, coetus infames turpisfimorum hominum, non modo fatigati diuturno malo demēstiae necessitatis, uerum etiam imbulti flagitijs, ac consuetudine scelerum, sempiternā comite, & genitrice pessimarum cupiditatū. quod genus hominum Catilinam suum, etiam dormientem, è somno facillime excitare uoluisset. his autem ostensis breuiter, saneq. confutatis, quae pro defensione flagitiorum suorum nostri aduersarij dicenda esse putauerunt, finem adesse uobis intelligetis. Bello Mithridatico iudices longissimo quidem omnium, & sine dubio post Punicum periculosisſimo, cum diutius in senatu de eligendo imperatore dubitatum fuisset, planeq. omnes ambigerent, quis nam sagacissimo regi sagacissimus nosfer imperator opponeretur: Catilinam inter omnes competitores, incredibili quadam ambitiōnis magnitudine deslagrantem, omnes senatoriae sententiae reiecerunt. eo telo percussus adeo Catilina fuit, ut postea nullam omiserit neque perturbandae curiae, neque insectandi senatus occasione. uidebat namque detestandam cupiditatem suam, illo superflite, numquam in eum locum peruenturam, de quo illam pridem uniuersae omnium uoces eiijendam esse putauissent. uoluebat item animo summas uitae necessitates: quibus exsuere se posse

posse arbitrabatur, si qua ratione praeclaris magistribus aspirasset. nunc illas uero magis ac magis instauratas quotidie intelligebat: quandoquidem inspicterent omnes, uitae suae rationes eas sententia iugulatas prorsus extitisse, ac, quicquid increpuisset ulterius, metuendam esse consularē uigiliam, metuendum esse iudicium senatoriae auctoritatis. hanc uero speciem, ita exanguem, ita consternatam consuetudo crexit uitae prauissimae ad omne facinus, neque otij sui patiens, neque alieni. Qualis eius uita fuerit, et si praeclare conscientia publica teneatur: huic tamen illustranda seu patefacienda testes indubitati uideri possunt, qui sacrarium illud libidinum colere, atque obseruare consueverunt. quae nugae, dij immortales? quae portenta scelerum? qui libidinum gurgites? quae sentinae flagitiosorum? uerum is rumor pafus est de moribus Catilinae, eaq. gentium opinio peruagata, quatennis existimem uoces ipsas publicas non hominum esse, sed oraculi potius nuncupandas. famam uero popularem, a maioribus nostris saepenumero accepimus, neque temere unquam nascituram esse, neque temere occasuram, decus illud egregium corporis non ad dignitatem nominis, ac gloriae, sicuti par erat humani nobilissima familia nato, sed, ut latro perditissimus, ad omne genus flagitiū conferendum fuisse semper arbitratus est. uires ad stuporem hominum praeclarae, atque inuisitatae perpetua uoluptatum in-

tempe-

temperantia sunt labefactatae. flos pueritiae uetusissimae ad intuentum iucunditatem, cui non libidini patuit flagitiosae iuuentutis? aut quam turpitudinis notum non subeūdam ultro, atque accer- fendam esse cogitauit? lux illa uero praeclari, atque excellentis ingenij, quam omnes diuinam semper, & singularem, atque inuisitatum penitus es- se arbitrabantur; nonne inter foedissimas uoluptatum fordes restincta est? omitto pestis huius impurissimas uoces, mollitatem scenicam, obtuitus impudicos, blanditas muliebres, & omnem denique copiam non mediocrum uitorum sub illa frontis erudita simul, atque insigni pulchritudine de- litecentem. praetereo mentem illius plus quam gladiatoriam, simum incredibilem humani cruxis, mirum inconstitiae genus: uultum nunc de- missum, nunc alacrem, nunc anhelantem scelus, nunc gratia meretricia florescentem: summum pecuniae desiderium, summatum simul prodigali- tam: contemptum incredibilem omnium bonorum, itemq. eximiam cum summis, atque ornati- ssimis ciuibus familiaritatem. nihil enim fuit isto monstro uersipelliuss, aut mutabilius hominum memoria: ita ut res diuersissimac saepenumero ui- deantur in eodem ingenio, tamquam in sentina quadam taeterima, simul redundare. quis igitur du- bitandum esse putauerit, hominem praeeditum hu- inisce institutione uitae, remotissimum ab omni ge- nere humanitatis, per facile se teaterrimo cuique,

Q atque

atque immanissimo facinori fuisse accommodatum? Fontem aperuimus, iudices, omnium Catilinae morum, atque omnis consuetudinis, unde illi demanauisse vim istam praeclararam consiliorum facillime intelligendum est: nunc uidendum est, spem atrocissimi sceleris unde illi subministrata fuisse iudicemus. Cum hic itaque secum repeteret memoria miserandam ignominiam comitiorum, turpesq; angustias afflictas rei familiaris, simulq; intueretur, uel sibi uiuendum, ac moriendum fore cum turpitudine summa, uel senatum nullum esse oportere: de ratione tollendi ipsius primum cogitare coepit, nam illo delecto, sine dubio intelligebat, uiam latissimam libidinibus suis continuo patere. uertit itaque oculos ad innumerabilem copiam iuuentutis, qua dies, ac noctes stipabatur in exercenda consuetudine suarum cupiditatum, cum putauit manum ipsam hominum, tamquam bastam ualidissimam furoris sui facillime sibi accommodari posse, quam contorqueret in omnium nostrum ruinam, atque interemptionem: ut quam cognoverat educatam uitae prauissimae institutis, imbutam saepenumero sanguine misorum ciuii, ardenter incredibili desiderio praedae, sibi uero mira familiaritate conciliatam. genus est hominum uehementer exercitatum ferro, atque inopia, duabus rebus ad omne genus facinoris paratissimum: quod quidem ego ciuitati nostrarre, maxime debilitate bellis ciuibibus, atque afflictiae magnitudine

IN CATIL. DECLAM. 110
calamitatum, magnopere pertimescendum esse iudico. nihil enim illis praepter spem, atque animam fortuna referauit: alteram ad differendam uitae necessitatem, alteram ad liuorem suum magnifice accommodatum. nihil illis contemptibilius: quos siquidem rudimenta uitae traducta, in hac tenuissima re deposita nunc in gladiatorijs muneribus, nunc alia facinoris atrocitate partim ad omne scelus, partim ad omnem patientiam eruerunt. uerum hae pestes, sententia mea quo fuerint abiectiores, eo magis extimescendas esse reor, tamquam perpetuo seditionum ciuilium, ac rerum nouandarum uidissimas: siue quia voluptatem capiant ex macrore sociae calamitatis: siue quia ciuitatum uersutiam, mutabilitatem rerum suarum portendi quodammodo arbitrantur. hi sunt quidem, quos in foro quotidie in oculis ciuium calaministratos, ac uesiibus colluentes passim obuolitare cernimus, fortunas omnium popularium, atque otium ciuitatis luminibus consignantes: qui non modo arresti permanent ad opportunitatem cuiuspiam praesentis commodi, uerum etiam gestiunt ad opinionem speratae utilitatis. Si feras quidem omnis generis, quo magis attenuatae fuerint penuria edendi, eo magis praecepites, atque effraenatas ruere in perniciem uidemus: quid hanc desperatorum colluiciem ieiunam, sitientem facultatum nostrarum, quo impetu, qua uestrage ruituram esse creditis, aut debacchaturam, si se carceribus

emiserit? cum illae ratione careant, atque intelligentia: hi uero non absint penitus ab ipsa facultate intelligendi. Grauissimi quidem sunt morsus irritatae necessitatis. dij immortales, quae clades ab illa feritate hominum: quae genera flagitiorum emanauissent, si nocturnus iste imperator quas quasdam rapidissimas belluas in urbis penates immittere potuisset? horret animus indices, ea cogitatione complecti, quae miseri pertulissent, si sopor oculos consulares detinueret. restinguenda est itaque flamma nobis scelerata, & atrox: dum adhuc uelata cineribus, ac sopita, facultas restinguendi leuissime data est: ne, cum omnia comprehendenterit (quod immortales dij penitus auertant) nos frustra postmodum furibundam, atque exultantem restinguere cupiamus. neque rectorem naturis audiendum prorsus existimo, in ipso maeron calamitosae tempestatis, quam illi fugere facililime licuisset, consurgentem primo, sibiique, acrebus suis naufragium minitantem: neque item gubernatorem urbis in ipso excidio, & calamitate ciuitatis, quam impendentem prius ipse consilio suo, suaq. prudentia sustinere quodam modo, ac propulsare potuisset. Serae sunt hominum lamentationes, prorsusq. uituperande, quas occupatas in ijs lugendis cernimus, quae uitio suo, desidiaq. contigerunt. Callicratidi Lacedaemoniorum duci, cum ornatissimam, cui praererat, classem funditus amisisset propter immoderatam gloriae

cupiditatem, nihil ad eam restituendam nouissima consilij ratio suffragata est; quam ita seruare poterat, si modo in statione continuisset. Terentio Varroni sempiternum dedecus, atque immortale monumentum erut flagitiosae turpitudinis deliae ad Cannas temeritate sua pulcherrimae Romanorum legiones: quae seruatae periculosisimo tempore reip. sine dubio fuissent, & robur eximiū pulcherrimae urbis, & perpetuum decus consularis prudentiae, disciplinae q. militaris. recte itaque maiores nostri summis laudibus efferendi sunt, qui Sp. Melium, qui Gracchos, qui Manlium Capitolinum, qui Drusum, qui Saturninum, fortissimos homines, & reip. saepenumero non mediocriter opitulatos, quod deuenissent in affectae tyrannidis suspicionem, morte multandos esse putauerunt. nec Sp. Melio fauor amplissimus ciuitatis, nec Gracchis avi sui Scipionis clarissimi uiri memoria, nec Manlio celeberrima gloria Capitoli liberati, nec Drufo sanctissimi sui penates, nec Saturnino ius sacrosanctae dignitatis auxiliata est. quid ita? quia necem paucorum, aut unius hominis, calamitati publicae maiores nostri semper anteponendam esse putauerunt. quid? genus crudelitatis eximum non sunt arbitrati, ciues eos perire, summisq. affligere supplicijs, quorum in remp. persaepe clarissima beneficiorum genera extitissent? minime. quid ita? quia nullum satis dignum supplicij genus in eos consumi posse opinabatur,

vantur, qui patriae suae libertatem opprimere sta-
tuissent: nec illos cives esse iudicauerunt, quos abie-
cisse rationem patriae caritatis intuerentur. at
contra, eos, qui tales interemissent, non modo di-
ci, atque appellari ciues, ut essent, statuebat, sed
afficiendos fore immortalibus donis, ac sempiter-
nae hominum memoriae consecrandos. Quid enim
potest indignius dici, quam uitam a patria susce-
ptam ad illius perniciem calamitatemq. conserre?
quid singulatius, quid eorum poenas, ac crux
delissimam seruitutem excogitare, quos ipsam
moenibus, ac tectis constitutos eadem leges, at-
que eadem uiuendi ratio continuisset? quid deni-
que potest intolerabilius existimari, quam inferre
delubris deorum immortalium, ac facultati-
bus nostris, illinc sceleratas faces, hinc acerbissi-
mas expilationes? haec qui curauerunt, judices, aut
qui tentauerunt, numquam ego alienos ab hosti-
bus, aut dissimiles feritati bestiarum existimabo.
Vidimus de spe proficiendi nefarij facinoris: ui-
dendum est de loco, quam latebram commodissi-
mam & tuissimam egregijs artifex delegit, cum
contegendas conspiracioni suae, tum armis omnibus
eius artificij comprehendendis: ne forsan te-
mere domum nobilissimi ciuis, atque opulentissi-
mi M. Laecae delectam esse iudicetis. primum ho-
mo delectus est huiusmodi nefarijs cupiditatibus af-
finis, quo participes semper usus fuerat consiliorum
suum, adiutore taeterimarum libidinum, socio
maxi-

maximorum periculorum: cui spectato frequenter
in difficultissimis rebus, summam huiusmodi atrocis-
simi mali tuto committi posse, facilime sibi folli-
cebatur. praeterea domum sibi diligenda esse iudi-
cabat, solitudine locorum desertam, & ab omni fre-
quentia populi remotissimam, quac scilicet uoces co-
iurationis tutissime continere posset. contulit igit-
ur se in ipsam M. Laecae domum, remotam ab o-
nni celebritate, constipatam multitudine arbucu-
larum, & ab omni suspitione prodendi facinoris
non mediocriter abhorrentem. quos uero tetende-
rit ibi coniurationis laqueos, aut quas catenas sce-
lerum conflauerit nobis, ac facultatibus nostris,
Saturnalium dies patefactura fuerat, nisi primum
benignitate deorum immortalium, deinde uigil-
lanti: consilari, nefariae sciae de manibus latronum
excidissent. nullas amplius tendicularas pertimesca-
mus ab execrabilis monstro, nullas insidias ab ho-
ste taeterrimo. tenetur fera: nec, si uiri estis, decli-
natura est telum ipsum sacrosanctae uestrae auco-
ritatis. Ne ue Catilina nescias, uigilantissimos co-
sules habere rempub. te, quocumque uencris, quo-
cumque abieris, diligentia nostra circumscptum
teneri: quid besterna nocte conciunculis tuis agita-
tum sit, licet mecum recognoscas. Cum ad M. Lae-
cam uenisses, cum uno ex fidelissimis commilitoni-
bus tuis ad multam noctem; teq. in interiorum una
cum illo cubiculi partem recipisses, tamquam in
sacrarium memorabile cupiditatum uestrarum:

repente de Laeca sciscitari coepisti, nūm quis ex coniuratis aduenisset: cum subito Lentulus, ac Cethagus, taeterima capita maleficiorum omnium, furibundi, atque alacres irruperunt, moxq. ingressi uiciferare cooperunt: quid agis Catilina? cur uoluptates nostras diutius remoraris? praefeo sunt Saturnalia nobis otiosis, atque oscitibus, quem unum diem saepenunero nuncupare solitus es eversorem superbissimi ordinis, frugatorem acrumnarum nostrarum, lucem ac principem uniuersae nostrae dignitatis. num in gerēdis negotijs ignoras sequendas esse temporum opportunitates? & in occasione rerum desidiam, ac tarditatem omnem quandiligentissime fugiendam? mutabilissimae quidem sunt decorum uoluntates: & fortunam, cum abire permiseris, frustra postmodum discedentem, ac fugientem sis imploraturus. talia uero conuerentem tu paucis prore subsecutus, Aquilam argenteam proferri continuo insisti, praecaram bauphicem, ac gubernatricem furoris tui futuram. testor noctem ipsam, impiorum molitionum tuarum consciā ac testem, nihil ex ijs me fugisse, quae clandestini uestri conatus agitauerunt. perpaucā satis attigisse fuerit, ne solitudine in ipsa latibulorum tuorum, cum ora nulgi plane d'euitauisses, sefelliſſe te crederes diligentiam pariter, atque industriam consularem. Linquo telorum innumerabilem, atque inexcogitatam copiam, quam in iſdem furiāibus antris

con-

confitandam, atque occultandam fore curauisli: mitto literas manu tua scriptas, diuersis municipijs reddendas, quo furori tuo succurrere, atque opitulari uellent, transeo rem illam simillimam prodigo, cum mane, iſlo iam coacto senatu, redundantibusq. subsellis, serius in senatum praeter consuetudinem uenisse: quod nulli non oculi te senatoriū statim consignarint ingredientem, demisso uultu, pallore terribili, luminibus errantibus, ac facie praeſerente nefio quid inuitatæ crudelitatis praeterea Saturnalibus proxime futuris rem adoriri placuit, quo die ciuitas omnis feriata publico edito conſerre ſeſe in montem Auentinum, ac rusticari quodam modo solita eſt: cum tu manum furoris tui diligenter armatam, atque instruētam primum ad caedem senatus, ac consulum, deinde ad occupandam Capitolij arcem munitissimam fueras immisſurus: atque his perfectis, daturus operam cum direptioni publicae, tum inflammandis aedibus, atque his trucidandis, qui remp. defendere voluissent. Videtis, iudices, lucem clarissimam rationum, quam ego profecto censeo nullis inuolucris tenebrarum suarum obruturos esse, nec M. Laccā praeclarā sedem, atque officinā taeterimae coniurationis, nec ipsum detestabile caput, atque obscenum artificem Catilinam. cumq. haec omnia conſtent, animaduertendum eſt pariter uno maleficij genere Catilinam non modo deos, ac patriam, uerum etiam mores, leges, consuetudinem

nem urbis , atque instituta maiorum uiolasse . pri-
mum XII tabulis cautiū esse cognoscimus , ne
quis in urbe coetus nocturnos agitaret : deinde le-
ge Gabinia promulgatum , qui coitiones ullaclan-
destinas in urbe conflauisset , more maiorum , ca-
pūali supplicio multaretur . de te itaque Catilina
sciscitor , tun' coetus istos commilitonum tuorum
contra praecepta XII tabulis cōtra leges nostras ,
contra uero senatus , ac plebis auctoritatē noctu
cogendos esse putauisti ? deinde quaero , si quando
in lucem sepulcrales istae conciunculae tuae prodi-
dissent , quid responsurus fuisses senatui ? quid con-
sulibus ? aut quid uiris optimis , atque amantissi-
mis patriae ? quid leges igitur nostras uiolas Cati-
lina ? quid senatus auctoritati contradicis ? aequum
enim est instituta maiorum , atque edicta graui-
ssimi , sanctissimiq. ordinis , quia perstringere ue-
sania tua non es ueritus , ea restitutas , ac sarcias
supplicij tui memorabili animaduersione . Man-
lius Torquatus filium suum summa & singulari-
uirtute adolescentem , quod is in hostem contra
mandatum patrum dimicasset , uictorem acriter
percuti securi iussit : nos uero te tam temerario au-
fidentem contra mandata senatus , contra u-
niuersae Romanae reip. maiestatem Catilina perse-
remus ? maiores olim nostri , sapientissimi homi-
nes , & sine dubio grauissimi , num leges e Graecia
per legatos suos accersendas esse putauerunt , qui-
bus hanc imperij magnitudinem perpetuo stabili-
rent ,

rent , ut tu homo recens , seueritate illarum cum
barbatulis tuis abutereris ? non ita uisum Cartha-
ginensibus accepimus , in Hannone suo morti con-
demndo , fortissimo , ac triumphali uiro , quod
is edicto senatus minus obtemperauisse putaretur .
non ita placuit Atheniensibus , urbi sine dubio do-
ctissimae , atque eruditissimae , cum e Sicilia , bel-
loq. grauissimo reuocandum esse Alcibiadem sta-
tuerunt , summum & singularem imperatorem ,
quem iuberent expiare supplicio suo leges uiola-
tae religionis . non ita denique a maioribus nostris
iudicatum est , cohortibus exoletorum tuorum sen-
tentia mea longe antepondit , cum L. Sulpiciū ,
consulari familia summoq. ingenio uirum , pro-
pter exiguum notam libidinosae suspicionis censue-
runt remouendum senatu , multosq. dies in uinculis
habendum esse putauerunt . uos uero , iudi-
ces , Catilinam non modo leges nostras , atque au-
toritatem senatus crudeliter labefactantem , ue-
rum etiam uniuersos ciues ad perniciem ferro , flam-
maq. deuocantem , impune perferetis ? Iacet ho-
mo prostratus euentu maximarum molitionum :
ut qui conatus suos conscientia uesta patefactos
atque illustratos cernat , neque contentos fuisse seu
superstitione cruenti sacramenti , seu tenebris no-
cturnis , seu solitudine locorum maxima , & singu-
lari . Contundite igitur , contundite iudices genus
istud inauditi furoris : comprimite hominem ge-
scientem effraenata temeritate , flagrantem iny-
ositatis

PORCII LATRONIS

statim cupiditatibus, furentem incredibili superbia, spe nouandarum rerum mirabiliter inflammatum. quin etiam rem ipsam publican non modo euentu crudelissimae calamitatis, uerum etiam metu, ac suspicione liberate. Diximus quidem sufficienter de senatoria simultate L. Catilinae, capite ac fonte sceleratae coniurationis: resq. omnes complexi sumus, quas aliusse furorem illum ac primum excitauisse iudicauimus: nunc uidendum est de ratione ambitionis taeterrima, atque exitia bili, qua deflagrauisse perpetuo Catilinam superiori diuisione demonstrauimus. Cupiditates equi dem plurimas in illo monstro calamitosas, ac nefarias omnes persaepe iudices animaduerti, libidinem unam perniciossissimam in primis conspicere uisus sum temerariae cuiusdam atque inconsideratae ambitionis: qua duce properasse, nec ullo studio umquam conscendarum opum, nec ullo desiderio dignitatum abstinuisse reputatus est. putabat enim se frusta nobilissimo genere natum, frusta uirtutes eximias corporis, atque animi consecutum fuisse, ni omnia diuina, atque humana truculentissimo genere cupiditatis inquinauisset: quosq. cernebat excellere Romae praesulania quadam dignitatis, beatissimos eos esse, & sine dubio dijs aequiparandos fore arbitrabatur. id genus uestinae cogitationis hominem suapte natura praecepit, atque inconsideratum compulit in abominandas, ac nefarias uitiae cupiditates. isq. nuper constitutus

IN CATIL. DECLAM. IIS

mitijs consularibus, quamdoquidem suffragia curiae propter impendentem metum Parthici belli, diligenter enucleata sunt, quas non adiit senatorum uoces? aut quos ciuium confessus, partim pecunia, partim obseruationibus non obeundos suppliciter, ac contaminandos esse iudicauit? nullit amē ad dignitatem gradus, neque insanienti, neque anhelanti bono candidato patuerunt. Eadem ratio sceleratae libidinis illum ad maiorem uim scelerum paullo ante concitauerat. Pisonem meministis egregia uirtute adolescentem, nisi & idem cupiditatibus obtemperare consueisset, calamitosam sibi, ac multis in urbe seditionem excitauisse: cuius insigni familiaritate atque amicitia Catilinam usum fuisse, nemo est qui nesciat: nec modo coniuxisse se temerario iuueni, uerum etiā illum de successu rerum suarum non mediocriter trepidantem, in audacia simul, ac sententia confirmasse, cum se illi uigilantissimum socium, ac satellitem fideliissimum regendae, gubernandaqe. coniurationis fore polliceretur. quod si uotis sceleratorum hominum successus aspirassent, quamta strage ciuium creditis, aut quanto diluicio facultatum urbanarum ruituram fuisse detestabilem horum, atque execrandam impietatem? uerum ij caelites, quorum auspicijs princeps, ac parentis huius urbis Romulus pulcherrimi imperij Romani fundamenta iecit, triflissimam cladem, ac conatus perditos nece adolescentis interceperunt.

Pisone

Pisone mortuo conqueuisse Catilinam dicemus , aut incepti temerarij paenituisse ? non modo non paenituit , nec requiescendum fuisse arbitratus est ; sed rursus alio furori accessit . non consueverat animus , perpetuis cupiditatibus flagitijs exercitatus , prima destitutione fortunae refrigescere , ac consternari : sed uix sepulta memoria Pisonianae coniurationis , L. Sidicinum adeptus est , potentissimum quidem hominem , ac tunc furentem singulari studio rerum nouandarum . uerum ea fax incendijs rursum benignitate deorum immortalium , summaq. uirtute consulum restincta est . non obdormiscit tamen Catilina , his destitutus euentis uigiliarum suarum ; sed rursus facuit immanior ; & quam remp. seruitio non potuerat obruere , destrangulandam penitus , ac tollendam cogitauit ; sceleratus in omnem urbem , quam toties insidijs appetiuerit ; sceleratissimus uero in patriam , cuius extant in illum summa , & commemoranda monumenta beneficiorum . reminiscere quaeſo Catilina , reminiscere ferrum illum scelestum , atque illas nefarias faces , quas iſtis sanctissimis penitibus , atque iſtis pulcherrimae patriae minitaris , no ad oppugnandam urbem , neque ad eam concremandam tibi datas fuisse , sed potius ad salutem ciuiū , dignitatem imperij , libertatis q. nostrae defensionem . Per deos immortales oro te Catilina , si patria tecum his uocibus uteretur , quid esſe illi quaeſo responsurus ? Ego te paruulum Catilina cum in

primis

primis ornatissimo genere gentis nasci uoluissim , deinde summis dotibus exornassim , tum corporis , tum animi : tum duabus rebus instituendum puta ui , ferro , ac flamma : quibus esſet para a tibi facultas tum amplificandi imperij mei , tum defendendae publicae libertatis . quid eam uim armorum in viscera nostra torques ? aut quid conuertis in exitium ciuium meorum institutam diligentia mea , meisq. rationibus eruditam dimicandi facultatē ? maiores contra tri summis a me beneficijs , atque honoribus aucti , pro magnitudine suscep̄tarum dicitur ut pulcherrimas in urbe saepenumero leges , propriaeſtantia beneficiorum clarissimas ex hostibus uictorias referre consueuerunt : tu mibi luctus acerbissimos paras pro summa copia beneficiorum meorum , tu caedes ciuium , tu domorum incendia , tu uexationes uirginum , tu uaſtitatem urbis , tu genus atrocissime seruitutis . O crudelissimum hominum genus , & ab omni penitus humanitate derelictum . tu studio flagras eius urbis euertenda , quam nec Carthaginensium astutissimi doli , nec Numantinorum eximiae uires , nec Graecorum erudita , & praeclara ingenia labefactare , obscura req̄ potuerunt ? quod ſi citentur hi populi rursum diuinitus , atque iſtiae urbes redeant in statum uetus illissimae dignitatis ; certe non ipſo scelere tuo quidquam in me crudelius , nec quidquam magis extimiscendum molituras fuisse praedicabunt . sed ad te redeo . Temperarem ego memet mihi , cursumq. iſtum

istum uiolentae orationis forsitan reuocandum esse
iudicarem tum ab odio tuo , tum ab ipsa dicendi a-
cerbitate , si quem in te sensum patriae caritatis a-
spicerem , aut ullo te paecto posse arbitrarer scele-
ratam istam mentem relinquere . sed id genus est
cupiditatum tuarum , ut restinguendarum forsan
rationem aliquam consequi possis , sanandarum
nullam . nec te prius amissurum perueritatem ista
animi puto , quād uitam amiseris . Vellem reu-
uisceres Abala Seruili : non exspectaremus senten-
tiam iudicium : neque abuteremur maiestate sena-
tus , atque auctoritate populi R. sed magnitudi-
nem tam flagitijs sanguine tuo statim expiavisses .
nam de senatus uoluntate nihil ambigimus . mo-
do non impediretur legibus , repente profecto fue-
ras poenas impietatis tuae dignissimas laturus . V-
tinam deorum immortalium munere iudices men-
tem atque animum huius introspiceremus : ne qua-
uobis fieret puniendi dubitatio , qui tam tum sceler-
rum ingenio conflauisset . uideretis enim mentem
aubelantem tristissimum genus minarum , mentem
debacchantem inaudita feritate , furentem incre-
dibili uesania , sitientem croris urbani , praedae
anidissimam , uobis , atque omnibus ferro flam-
maq. minitantem . Catilinam uobis demonstrau-
mus , iudices , irritatum persaepe repulsis comitia-
bus nullas uocum , aut suffragiorum corruptelas
fuisse praetergressum : deinde nullis rationibus in-
fractum ac perterritum de perseverantia scele-

rum

rum suorum destitisse . quibus animaduertere sa-
ne potestis , quanta semper immanitatem laborauer-
it ambitionis . superest nouissima pars diuisionis ,
grex ipse sodalium Catilinae truculentus , atque
amens : cuius in manu non exiguam rationem fuisse
diximus excitandae coniurationis . Lētulus siquidem , & Cethegus , terribilia portenta nostra ci-
uitatis , furiaeque uel certissimae populi R. multa
de magnitudine sua in ipsis concionibus , multa
de dignitate imperij sui futuri palam praedicare
confueuerunt , tamquam si deorum immortalium
concilio interfuerint . primum Lentulus in libris
Sibyllinis nescio quid perspexisse se praedicabat ,
quod uiri acutissimi , atque peritissimi L. Corne-
lius , ac Cn. Piso , custodes publicarum caeremo-
niarum , nequaquam prospicere potuerunt . lucem
namque ait nescio quam de domo Cornelii quom-
dam proditaram fore , quae gloria nominis sui Ro-
manum imperium simul & complexura sit , & il-
lustratura : eoq. genere uaticinij dignitatem suam
portendi fataliter putauit : planeq. opinatur fati
sui ratione in ipsa latebra Sibyllinae diuinationis ,
tamquam in equo Troiano , delitescere . ego uero
Sibyllam sine dubio sapientissimam maliciem fuisse
iudico , uisamq. idoneam diis immortalibus , cui
singularem quamdam uim diuinandi concederent :
uerum illam deliram penitus , ac prorsus caecam
fuisse affirmarem , si quam spem dignitatis in hac
cruelissima peste reposuisset . si quid tamen ceci-

R. nisse

nisse uisa est, quod ad Corneliam gentem pertinere uidetur, uir omnem illius diuinationis uno L. Sylla consumptam fuisse iudicemus, cuius paullo ante resp. sensit & crudelissimam simul, & amplissimam potestatem. nec ego deos immortales hunc imperio tam infestos esse reor, neque a salute populi Romani tam abhorrentes, ut homini dementissimo regnum concederent huius sanctissimae, atque optimae ciuitatis. Syllam profecto crudelitas uicit: at ipse maximarum laudem uirtutum, & rei militaris summam, ac singularē gloriam consecutus est. Lentulum uero nullae uitioriae nositrae ciuitati, nullum studium armorum, nula praestantia uirtutis, aut ingenij commendauit, quae uero non tabernaे potius, aut qui non greges infamium hominum Sibyllinum istum principem concelebrarunt? nam uitam eius commemorare non est necesse, uersatam semper in obcundis libidinibus, ac societate turpissimorum hominum nobilitatam. nihil in eo sanguinis auiti, nihil industriae Romanae, nihil splendoris domestici, nihil auitae frugalitatis. fingite uobis iudices, fingite dignitatem huius hominis tum florentem amplissimo magistratu, tum omnibus populi Romani numeribus exornatam. quantum, quaeſo, sanguinis ciuilis in foro, in curia redundaturum esse creditis? aut quam tam uim libidinis, atque impudicitiae per omnium ciuium cubicula demanaturam? Profecto dignitate freſus ea, quae priuatus concipiueret,

piuſſet,

piuſſet, ſine dubio conſequeretur: ferretur amēs in omnia: nec ulla rationes confiſorū, aut pudoris, nec ulla ſtudia humanitatis refrauenarent praecipitem, atque incitatum curſum uetusſae crudelitatis. Cethegus, inferior nobilitate, atque ingenio, uehementia furoris longe immanior, parum a Lentili ſomnio diſcedere uifus eſt: uerum infamiam leuiſimae opinionis modeſtiore loquendi ratione contegere uelle uidetur. genus eſt idem tamen furoris, eademq. ratio concelebratae diuinationis. tales biſcelerum artifices, amboq. concitati ad euertendam rem publ. partim a nefaria ſpe uaticinijs commemorati, partim a nefaria ſcelerum affinitate, Catilinam offenduerunt nonis rebus ſtudentem: cuius praefidio, confiſioq. cupiditates ſuas ita immari poſſe facillime crediderint, ſi uero ſociorum copioſiſſimo ſeſe coniunxiſſent. eſt enim in illo monſtro, ſicuti paulo ante tetigimus, uis eximia facetiarum, & ratio quaedam adumbrata uirtutum, facilis ad comprehendendum omnium hominum familiaritates. Hunc igitur Catilinam adepti Cethegus, ac Lentulus, & ipſi lenocinijs ſuis inſignes, ad omne genus benevolentiae ſubēndum deflagrare coeperunt admirabili quadam cupiditate ſeu diripiendae urbis, ſeu potiundae dominationis. Hae ſunt iudices huius nefarij facinoris abominandae faces: hi ſunt crudeles igniculi, quibus exarſiſſe Catilinae ferocem animum facillime credendum eſt. talibus initijſ con-

sociati principes nefandae coniurationis , manum exiguam desperatorum hominum , atque obscenae iumentutis pedentim coegerunt : coactam , quid uellent , edocuerunt : edoctam , pari cupiditate sceleris inflammauerunt : inflamatam denique pepulerunt , ut in omnium nostrum facultates , ac uitam facillime conspirarent . Furias istas audiſis iudices , commodissimas , ac paratas non modo ad viuos commouendos in omne facinus , uerum etiam ad mortuos ex ipso Erebo , medijsq. bustis excitandos . reperti sunt tamen atrocissimi sceleris patroni , quiq. immanitatem detestandae rei tum contegere uerbis , tum excusare comati sunt . L. Hortensius , uir eximia caritate reip. summisq. ornamentiſ praeditus & scientiae , & moderatio- nis , nequaquam omnia credēda esse dicit : iubetq. grauiſſimis hominibus facilitatem iudiciorum diligenter esse continendam . primum affirmat Catilinam in perpetua custodia senatus extitisse : de- nique numquam ferme discessisse a latere P. Caepio nis nobilissimi ciuis , atque integerrimi uiri : ita ut lepide dicat , disseparationi eorum neque solem orientem umquam , neque occidentem interuenisse . credo equidem sapientissimum hominem Hor- tensium (ut est innocentia singulari , summaq. uirtute) cuncta ipsa , quae grauiſſime simul , atque ornatissime complexus est , ita uera esse , sicuti di- xerit , existimare . sed longe graditur a sententia mea . Quaero igitur de te L. Hortensi , teq. obte-

ſtor,

fior , atque obſecro per ipsum ius uetusſiſſimae noſtræ familiaritatis : si L. Catilinam conſtat dies o- mnes , omniū ciuium conſcientia , ſiue in foro , ſiue in turnis agere ; nunc ſtipatum cateruis exoletorū ſuorum , nunc uero gladiatorijs agminibus per ora uulgi palam obuolitare : ſi maniſtum eſt noſtes omnes aut in luſtris ſcorborū , aut in antris M. Lae- cae ducere , uiri , tuo iudicio , non abhorrentis a reip. caritate : quid eſt , quid illum obuersatum di- cas in perpetua custodia , atque oculis ſenatorum ? niſi forte custodiā ſenatoriam uocas , uel exiguā moram ipſius curiae consilijs obeundis . Quod uero pertinet ad ipſius Caepionis familiaritatēm affi- duam , benevolentiamq. ſingularem : nihil eſt , quod inſimulationi noſtræ derogandum eſſe iudi- cetur . diximus enim ſuperius , ingenij Catilinae miros atque occultiſſimos eſſe recessus , nec qui co- gnosci , ſeu perlustrari faciliume poſſent . uigent e- nim in illa clade res diuersiſſimae pariter , continen- tia , & libido . nihil illo perſaepe affixius ad colen- da bonorum conſortia ; nihil ſolertius ad illis inſidiandum : nihil illius munificentia inſignius , nihil auidiuſ rapacitate : nihil acutius confilio , nihil te- meritate contemptibilius . quae cum ita ſint , Cae- pionem admirabimur in tamis uiarum ambagi- bus errauiffe ? ne , me , inquam , fateor , iudices , uetusſiſſima quadam familiaritate Catilinae con- iunctum , perſaepe deliraniffe , miris perplexioni- bus illius , neque umquam certi quidquam in illo

R 3 ingenio

ingenio comprehendere potuisse. nihil igitur erit miri, si virum integerimum Capcionem uersutissimi hominis doli, atque inconstantissimi mores fellerunt. non erit itaque neque prudentiae tuae, neque grauitatis, Hortensi, candidissimam opem humanitatis tuae, summamq. dicendi copiam sotibus ipsis polliceri, aut quam bestiam irretitam iudicio tenemus, dissolutam, atque exultantem reip. immittere. quod te numquam commissurum fuisse arbitrarer, nisi, qui me mores, idem te Catilinae sine dubio fellerunt. Satis ostentatas uobis putamus iudices tum rationes periculi nostri, tum huius immanissimi sceleris atrocitatem. nam si odio senatus maximo Catilinam arsisse demonstrauimus: si rationes uitac suae ueteres, ac nouas in exercitatione taeterrima uirum libidinum collocatas: si spem perficiendi sceleris homini prosequentissimo inimicitiarum: si denique locorum, ac temporis opportunitates extitisse: praeterea si rabiem quamdam ambitionis in illo fuisse diximus: si nullam potestatem refendarum libidinum, aut ullum paenitentiae locum: postremo si copiam innumerabilem desperatae iumentis cum illo conuentam fuisse patfecimus: & eam simul ostendimus si opte ingenio furentem incredibili audacia, summaq. cupiditate prodenda, ac uexanda urbis inflamatam: quid erit iudices, quod dubitetis de liberanda patria, deq. ulciscenda crudelissimi sceleris immanitate? nouisst enim facinus inauditum omnium

omnium hominum memoria, facinus atrox, superbum, nefarium, perniciosum, remotissimum ab omni humanitate, lege, consuetudine: cuius acerbitatem si minus animo bene perspexit, quae-
so, mecum diligenter attendite. Scelus illud indi-
ces euersionem nefariam moliebatur amplissimae
nostrae dignitatis, interitum crudelissimum sena-
torij ordinis, caedem communem omnium bono-
rum. huius sceleris libido reposita erat in diripi-
dis omnium ciuium facultatibus, atque oppri-
enda urbis libertate: huic sceleri parabantur tae-
ri mae coniugum, ac liberorum nostrorum uexatio-
nes: in hac scelere uerbabantur denique faces in-
ferae penatibus nostris, expilationes aedium, flus
pra virginum Vestalium, luctus, ac maevor misera-
bilis uniuersae ciuitatis. quae si uobis, ut sunt,
indigna, atque intolerabilia uidentur: non iniquum
erit auctores horum malorum multare taeterrimis
supplicijs, clademq. omnium crudelissimam e-
uiscribus reip. propulsare. tenetis exempla maiorum
atque omnium gentium auctoritatem, qui semper
summas, ac singulares poenas in eo genere ho-
minum consumendas esse putauerunt, qui ratio-
nes habuissent aut prodenda patriae, aut opprimen-
dae publicae libertatis. nihil igitur erit impedi-
mento, quin audaciam crudelissimi hominis Catili-
nae crudelissimo genere suppliciorum expictis:
ut ultionem ex illorum cruciatibus, ac poenis ca-
piat resp. quorum erat conflagratura manibus,

nisi sanctissimi imperij R. custodes , ac uindices dū
immortales nefarijs uitis oblitissent . credite in-
dices , hodierno die consurrexisse uniuersam ur-
bem , confecturam ex iudicio uestro , planeq. ani-
maduersuram , quid in posterum de salute sua ,
deq. facultatibus suis sperandum sit : credite item ,
uim uniuersam flagitiosae iumentutis aut hodierno
Catilinae supplicio simul conficiendam fore , aut illius
liberatione laetam , atque exultantem non mul-
to post in omnium nostrum perniciem una cum illo
celerrime consurrexerunt . agitur siquidem ho-
dierna nostra sententia de salute huius pulcherri-
mae atque optimae ciuitatis , de stabilitate imperij
Romani , de legum incolumitate , de libertate ci-
uium , de pudicitia liberorum , ac coniugum ne-
strarum . huius enim pestis idem scelus erat , ut
non grassaturum per capita paucorum , sed , tam-
quam atrocissima uis ueneri , per omne corpus ur-
bis demanaturum . quod scelus , aut quam pestem
si uindicandum esse censemus , ut reor , & resp.
desiderat : putate profecto deos immortales ,
in primis Capitolinum Iouem , sempiternum cu-
stodem , ac uindicem huius imperij , pro libera-
tis eorum templis , ac caeremonijs gratias nobis am-
plissimas esse reddituros : putate pariter idem fa-
cturam esse curiam , pro defensa consulum uita ,
seruataq. senatorij ordinis dignitate : putate ma-
tronas urbis , ac liberos nostros , ob fernatam pu-
dicitiam , supplices , ac congratulantes uniuersos

ad

ad genua nostra fese obuersatueros fore : putate
uirgines Vestales , atque ipsam maiestatem am-
plissimi nyctinis , ob liberationem suam , summa
uobis laetitia congratulaturam : putate denique ci-
ues omnes , ob retentam uitam , ac libertatem
suam , penates publicos , pro conseruatis focis , at-
que aris , parietes urbis pro taeterrimo genere ua-
stitatis propulsato , ferme incredibili gaudio exul-
tatueros : putate tandem , hodierno iudicio para-
tum esse uobis aut immortale dedecus , aut memo-
riam nominis sempiternam . multa sunt equidem
in hac uita , quae turpiter , ac calamitosè neglecta ,
restitutionem tamen quamdam quodam modo pa-
tiantur : huius uero uindicandi sceleris , si praesen-
tem facultatem neglexeritis , frustra postea recupe-
randae copiam quaeretis . aut hodie uobis propul-
sanda est euisceribus reipub. pestifera uis calami-
tatis : aut ipsi patriae sine dubio concidendum . utrum
eligidum sit , uos uideritis . quid estis in-
dices humanitate tamta , ne socordia dicam , ut eo
rum uitam , ac spiritum diutius in reip. commora-
ri patiamini , qui uitae , salutiq. ciuium crudeliter
insidiati sunt ? proponite uobis ante oculos , ac me-
ditatione crebra revolute diem illum nefarium ,
quo salus omnium ciuium , quo facultates nostrae ,
quo ipsa resp. peritura fuerat : quando scilicet a-
speximus bestias istas emissas carceribus per m'be
omnem , per domos nostras furialiter exultantes ,
ipsimq. in primis miserandi facinoris ducem , ac
prin-

principem Catilinam , confirmatum hoc iudicio ,
spe plenum , laetitia gestientem , nunc hos ad cae-
dem nostram , nunc illos ad rapinam , atque inflam-
mationem aedium deuocantem : coninges e comple-
xibus nostris ad libidinem uitiorum raptae fuissent :
liberi ad supra de gremijs parentum extorti , pre-
tiosas superex aportata : tecta constagrassent igni-
bus : corpora caesa passim iacuissent : omnia deni-
que gemitu , fletuq. redundassent . haec fuisset ima-
go miserrimae turbis , quam urbem a maioribus no-
stris florentissimam accepimus , & si prohibueri-
tis , claram atque excellentē posteris nostris tradi-
turi sumus . per humanitatem denique uestram
uos obtestor , atque obsecro iudices , per amorem
huius pulcherrimae , atque inuitissimae urbis , per
omnia , quae nobis iucundissima sunt in uita , pro-
uidete iterum atque iterum , ne liberati quandam
tot amplissimis bellorum periculis , tot imminentia-
bus malis erepti , nunc per ignauiam uestram , ac
desidiam periclitemur . eripite uitam ciuium a mi-
seranda crudelitate : prohibete penates uestrros a
nefarijs ignibus : seruate pudicitiam necessitudini
uestrarum a taeterrimis uexationibus : libertatē
pla deorum a tristibus rapinis : subtrahite fortu-
nas publicas ab indigna direptione : protegite ma-
istratus uestrros ab inaudita feritate : defendite de-
nique uniuersam urbem ab hoc iniustato prorsus ,
& tristissimo genere calamitatis .

C. SALLVSTII CRISPI

IN M. TULLIVM

CICERO NEM
ORATIO.

GR A V I L E R , & iniquo animo male-
dicta tua paterer M. Tulli , si te scirem
iudicio magis , quād morbo animi , pe-
tulantia ista uti . sed quoniam in te neque modum ,
neque modestiam ullam animaduerto : responde-
bo tibi : ut si quād maledicendo uoluptatem cepi
sti , eam male audiendo amittas . *Vbi querar* ?
quos implorem P. C. diripi remp. atque audaciſ-
ſimo cuique esse perfidia e an apud populum R. qui
ita largitionibus corruptus eſt , ut ſeſe , ac fortu-
nas suas uenales habeat ? an apud uos P. C. quo-
rum auctoritas turpissimo cuique , & sceleratiffi-
mo ludibrio eſt ? ubi M. Tullius leges , iudicia po-
puli R. defendit , atque in hoc ordine ita moderat-
tur , quaſi unus reliquus ex familia uiri clarissimi
Scipionis Africani , ac non repticius , accitus , ac
paullō ante iſtitus huic urbi ciuis . An uero M.
Tulli facta ac dicta tua obscura ſunt ? an non ita a
pueritia uixisti , ut nihil flagitiosum corpori tuo
putares , quod alteri collubuisseſt ? an ſcilicet iſtam
immoderatam eloquentiam apud M. Pisonem non
pudicitiae iactura perdidicisti ? itaque minime mi-
randum eſt , ſi eam flagitioſe uenditas , quam tur-
pissime

pissime parasti. Verum, ut opinor, splendor domesticus tibi animos attollit, uxori sacrilega, ac periurijs delibuta, filii matris pellex, tibi iucundior, atque obsequenter, quam parenti par est. domum ipsam tuam ui & rapinis, funestam tibi ac tuis, comparasti: uidelicet, ut nos commonefas, quam conuersa sit resp. cum in ea domo habitas homo flagitiosissime, quae P. Crassi uiri consularis fuit. Atque haec cum ita sint, tamen Cicero se dicit in consilio deorum immortalium fuisse: inde missum hunc urbi, ciuibusq. custodem, absque carnificis nomine, qui ciuitatis incommodum in gloriam suam ponit: quasi uero non illius coniurationis causa fuerit consulatus tuus, & sic circa resp. disiecta eo tempore, quo te custode habebat. Sed, ut opinor, illate magis extollunt, quae post consulatum cum Terentia uxore de repub. consuististi: cum legis Planciae iudicia domi faciebatis, ex coniuratis alios morte, alios pecunia condemnabas: cum tibi aliis Tusculanum, aliis Pompeianam villam aedificabat, aliis domum emebat: qui uero nihil poterat, is erat calumniae proximus, is aut domum tuam oppugnatum uenerat, aut infidias senatui fecerat, denique de eo tibi compertum erat. Quae si tibi falsa obijcio, redde rationem, quantum patrimonij acceperis, quid tibi litibus accrenerit, qua ex pecunia domum paraveris, Tusculanum, & Pompeianum infinito sumptu aedificaueris. aut, si retices, cui dubium potest

test esse, quin opulentiam istam ex sanguine, & uisceribus ciuium paraueris? Verum, ut opinor, homo nouus Arpinas, ex C. Marij familia, eius uirtutem imitatur: contemnit similitatem hominum nobilium: populi R. curam habet: neque terrore, neque gratia commonetur. Illud uero amicitiae tam, ac uirtutis est animi? immo uero homo leuissimus, supplex inimicis, amicis contumeliosus, modo harum, modo illarum partium, fidus nemini, leuissimus senator, mercenarius patronus, cuius nulla pars corporis a turpitudine uacat: lingua uana, manus rapacissimae, gula imensa, pedes fugaces; quae honeste nominari non possunt, inbonefissima. Atque is, cum eiusmodi sit, tamen audet dicere: O fortunatum natam me consule Romam. Te consule fortunatam Cicero? immo uero infelicem, & miseram, quae crudelissimam proscriptiōnē ciuium perpesta est; cum tu, perturbata rep. metu percusso omnes bonos parere crudelitati tuae cogebas; cum omnia iudicia, omnes leges in tua libidine erant; cum tu, sublata lege Porcia, erecta libertate, omnium nostrum uitiae, necisq. potestatem ad te unū reuocaueras. Atque parum est, quod impune fecisti, uerum etiam commemorando exprobras, neque licet obliuisci seruitus suae. Egeris, oro te Cicero, perficeris quod libet: satis est perpesto esse: etiam ne ares nostras odio tuo onerabis? et iamne molestissimis uerbis infestabere? Cedant arma togae, conce dat

dat laurea linguae. Quasi uero togatus, & non armatus ea, quae gloriari, confeceris, atque inter te, Syllamq. dictatorem, praeter nomen imperij, quidquam interfuerit. Sed quid ego plura de tua insolentia commemorem? quem Minerua omnes artes edocuit, Iupiter optimus maximus in consilio deorum admisit, Italia exsulem humeris suis reportauit. Oro te Romule Arpinas, qui egregia tua uirtute omnes Paullos, Fabios, Scipiones superasti, quem tandem locum in hac ciuitate obtine? quae tibi partes reipub. placent? quem amicum, quem inimicum habes? cui in ciuitate fecisti insidias, ancillaris. quo iure, cum de exfilio tuo Dyrrachio redisti, eum sequeris? quos tyrannos appellabas, eorum nunc potentiae faues: qui tibi ante optimates uidebantur, eosdem nunc dementes, ac furiosos uocas, Vatinij caussam agis: de Sextio male existimas: Bibulum petulantissimis uerbis laedis. laudas Caesarem, quem maxime odiisti, ei maxime obsequeris: aliud flans, aliud sedes. de rep. sentis: his maledicis, illos odisti, leuissime transfuga, neque in hac, neque in illa parte fidem habes.

De hac oratione sic Quintilianus lib. iv. cap. i.
Quid? non Sallustius directo ad Ciceronem, in genere dicebat, usus est principio, & quidem protinus, Grauiter, et iniquo animo maledicta tua parerer, M. Tulli.

IN SALLVSTIVM ORATIO, QVÆ CICERONI FALSO TRIBVITVR.

A DEMVM magna uoluptas est, Cri-
spe Sallusti, aequalem, ac parem uerbis
uitam agere, neque quidquam tam ob-
scenum dicere, cui non ab initio pueritiae omni ge-
nere facinoris actas tua respondeat, ut omnis ora-
tio moribus consonet. neque enim, qui ita uiuit,
ut tu, aliter, ac tu, loqui potest: neque qui tam il-
loto sermone uitur, uita honestior est. Quò me-
uertam P. C.? unde initium sumam? maius enim
mibi dicendi onus imponitur, quo notior est uter-
que nostrum. quòd si aut de mea uita, atque acti-
bus nostris huic conuiciatori respondero; inuidia
gloriam consequetur: aut, si huius facta, mores,
omnem aetatem nudauero; in idem uitium incida
procacitatis, quod huic obijcio. id uos, si forte of-
fendimini, iustius huic, quam mihi, succensere de-
betis, qui initium introduxit. ego dabo operam,
ut & pro me minimo cum fastidio respondeam, &
in hinc minime mentitus esse uidear. Scio me P.
C. in respondendo non habere magnam exspecta-
tionem; quòd nullum uos sciatis nouum crimen in
Sallustum audituros, sed omnia uetera recognitu-
ros, queis & meae, & uestrae iam, & ipsius au-
res calent. uerum eo magis odisse debetis hominē,
qui

qui ne incipiens quidem peccare , minimis rebus posuit rudimentum , sed ita ingressus est , ut neque ab alio uinci possit , neque ipse se omnino reliqua aetate praeterire . itaque nihil aliud studet , nisi , ut luctulentus sis , cum quoniam uoluntari . longe uero fallitur opinione . non enim procacitate linguae uitiae sordes eluuntur : sed est quaedam calumnia , quam unusquisque nostrum testante animo suo fert , de eo , qui falsum crimen bonis obicitur . quod si uita istius memoriam uicerit ; aliam P. C. non ex oratione eius , sed ex moribus spectare debetis . iam dabo operam , quam maxime potero , ut breue id faciam . neque haec alteratio nostra uobis utilis erit P. C. plerumque enim res publica priuatis crescit inimicitij : ubi nemo ciuis , quis sit vir , potest latere . Primum igitur , quoniam omnium maiores Crispus Sallustius ad unum exemplum , & regulam quaerit , uelim mihi respondeat , numquid iij , quos protulit , Scipiones , & Metelli ante fuerint aut opinionis , aut gloriae , quam eos res gestae suae , & uita innocentissime acta comedauit ? quod si hoc fuit illis initium nominis , & dignitatis , cur non eaque de nobis existimetur ? ciuius & res gestae illigiles sint , & uita integrerrima acta . quasi nero tu sis ab illis uiris Sallustii ortus : quod si es ; nonnullos iam tuae turpitudinis pigeret . ego meis maioribus uirtute mea praeluxi : ut , si prius noti non fuerint , a me accipient initium memoriae suae . tu tuis uita , quam turpiter egisti ,

magus

repente factus est tam affluens , & tam beatus ? Nam quis te faceret heredem , quem ne amicum quidem suum satis honestum quisquam sibi dicit , nisi similis , ac par tui ? At hercule egregia facta maiorum tuorum te extollunt : quorum siue tu similis es , siue illi tui , nihil ad omnium scelus , ac nequitiam addi potest . Verum , ut opinor , honores tui te faciunt insolentem . Tu Cruppe Sallusti tantidem putas esse bis senatorem , & bis quaestorem fieri , quanti bis consularem , & bis triumphalem ? Carere debet omni uitio , qui in alterum paratus est dicere . Is demum maledicit , qui non potest uerum ab altero audire . Sed tu omnium mensarum assecla , omnium cubiculorum in aetate pelix , & idem postea adulter , omnis ordinis turpitudo es , & ciuilis belli memoria . quid enim grauius pati potuimus , quam quod te incolumem in hoc ordine uideamus ? Desine bonos petulantissima consecrari lingua : desine morbo procacitatis isto uti : define unumquemque moribus tuis aestimare : his moribus amicum tibi facere non potes , uideris uelle inimicum habere . Finem dicendi facias P. C. saepe enim uidi grauius offendere animos auditorum eos , qui aliena flagitia aperte dixerunt , quam eos , qui commiserunt . Mihi quidem ratio habenda est , non quid Sallustius merito debeat audiire , sed ut ea dicam , si qua ego honeste effari possum .

F I N I S .

S. 4

F R A G M E N T A
EX LIBRIS HISTORIARVM
C. SALLVSTII CRISPI,
E S C R I P T O R I E V S
A N T I Q V I S

ab Aldo Manutio , Pauli F.
C O L L E C T A.

E X L I B . I.

TVNC uero et posci, cum ceteri eiusdem caussae ducem
senatus rati, maximo gudio bellum irritare.
Ex Nonio, Irritare; & Frontone ibidem, qui ex hoc
fragmento extrema tantum quattuor uerba recitat.
*Id bellum excitabat metus Pompeij uictoris, Hiem-
psalem in regnum refluitensis.*

Ex Nonio, Metus; & Gellio lib. ix. cap. xii.
Et mox Stipidius adueniens cum legionibus, post-
quam tamtas spiras haud facilem pugnantibus ua-
dum, cuncta hosti, quam suis, opportuniora uidet.
Ex Nonio, Vadum. Quidam amicus meus pro, tam-
tas spiras, Hieme alpera, reponit. Quo modo & idem
Sallustius locutus in Iugurtha, 47. a. Milites mens
ian. ex hibernis in expeditionem euocat. magnis iri-
neribus, hieme aspera, peruenit ad oppidum etc.

Nobis primae diffensiones, uitio humani ingenij
enunere, quod inquiet, atque indomitum semper
in

in certamine libertatis, aut gloriae, aut dominationis agit.

Ex Prisciano lib. v.

Plebei [pro, plebis] tribuniciam potestatem.

Ex eodem lib. vi. Sic locutus & Tacitus lib. i. Intercessit Haterius Agrippa tribunus plebei. & ipse met infra in oratione Macri, 91. a.

Sic uero, quasi formidine attonitus, neque animo, neque auribus, aut lingua competere.

Ex Nonio, competere.

Itaque Sertorius, leui praefidio relicto in Mauritania, nactus obscuram noctem, aestu secundo, furtem, aut celeritate uitare proelium in transgressu conatus est.

Ex Nonio, de improprijs; & Gellio lib. x. cap. xxvi.

Quin transgressos omnes recipit modos, praceptoribus a Lusitanis.

Ex Nonio; & Gellio ibidem. In Gellio tamen, pro, modos, mons legitur, pro, praceptoribus, receptus.

Earum aliae, paullulum progressae, nimio simul, & incerto onere, cum pauor corpora agitauerat, deprimebantur.

Ex Nonio, & Gellio ibidem. In Nonio tamen haec ita leguntur: Earum aliae, paullum nimio progressae, interim siccò onere, cum pauor corpora agitauerat, deprimebantur.

Sertorius fortis turba morantibus, & nullo, ut in terrore solet, generis aut imperij discrimine, per calonum corpora ad medium quasi deinsuper adstantium, manibus in murum attollitur.

Ex Nonio, Discrimen. In commentariolo quoque de Doctorum

Doctorum indagine idem fragmentum recitat, qui busdam discrepantibus, nam ibi, pro, Fortis turba morantibus, Parthis turbam orantibus; pro, adstantium, stantium, legitur.

Ad Olympum, atque Phaselida.

Ex Prisciano lib.

De his urbibus mentionē facit Ascon. in III. Verr. his uerbis. P. Seruilius bellum in Cilicia gessit, deq. ea triumphauit, captis Coryco, Olympo, Fasylide, tribus magnis eius terrae urbibus.

Nisi cum ira belli desenuisset.

Ex . . .

Magnis opibus profectis, obsidium cepit per L. Catilinam legatum.

Ex Feflo, Obsidium.

Quin lenones, & uinarij, lanijque, quorum praeterea uulgus in dies usum habet, pretio compositi.

Ex Nonio, Componere.

Illò profectus, uicos, castellaq. incendere, & fuga cultorum deserta igni uastare, neque elata, aut securissimus metu gentis ad farta belli peridonea.

Ex Nonio, Furta.

Domitium proconsulem ex citeriore Hispania cum omnibus copijs, quas parauerat, acceruit.

Ex . . .

Agrefte.

Ex Carisio lib. i.

Sanctus aliter [pro, alias] & ingenio validus.

Ex eodem lib. ii.

Insanum aliter sua sententia, atque aliarū mulierum.

Ex eodem lib. ii. ibidem.

Vti Lepidus, & Catulus, decretis exercitibus, matrurime

turrime proficiscerentur.

Ex eodem lib. II.

Recens scripsi.

Ex eodem lib. II.

Lepidus, paenitens consiliij.

Ex eodem lib. III.

Et deponere ualidam urbem multos dies restantem pugnando uicit.

Ex Nonio, de Doctorum indagine.

Nihil ob tantam mercedem sibi abnuituros.

Ex Cornelij Frontonis de exemplis elocutionum libello, nondum edito, quem legi commodatum a Scipione Pettio, uiro optimo, & singulari quadam in peruestigandis ueterum libris diligentia praedito.

Maturaerunt, exercitum brachium cogere.

Ex eodem, Cogo domum te. In quo animaduerterendum est, dictiōnēm, Brachium, mendosum esse, prōq. ea fortasse reponendum, Dyrrhachiuni.

Occupatusq. collis editissimus, & cum multa opera circumdata.

Ex eodem, Circumdata hac re illam rem.

Quorum in gratia plerique concesserant.

Ex eodem, Concedere in gratia.

Obuiam ire, & commori hostibus.

Ex eodem, Commoritur illis.

Doctus militiam.

Ex eodem, Doctus illam rem.

Locum etiorem, quem uictoribus decebat, capit.

Ex eodem, Decet tibi. Forte legendum, locum etiorem, quām etc. quomodo idēm locutus in Iugurtha, 76. b. Ea cuncta Romanis ex tenebris, & editiōribus locis facilia uisu.

Gens

Gens raro egressa fines suos.

Ex eodem, Egressus illam rem.

Et muneris eorum Metellus per litteras gnarus.

Ex eodem, Gnarus illius. Forte legendum, Itineris eorum etc.

Armata montem sacrum, atque Auentinum infedit.

[qui mons ob hoc, quād eum plebs infederat, postea Sacer dictus.]

Ex eodem, Infido illum; & Diomedē lib. II. c. VI.

Et indigni rep.

Ex eodem, Indignus hac re.

Genus armis ferox, & feruitj insolitum.

Ex eodem, Insolitus huius.

In tempore bellaturi.

Ex eodem, In tempore, idest opportune.

Fugam maturabat.

Ex eodem, Maturo hanc rem.

Medio diet.

Ex eodem, Medio illius, pro illo medio.

Omni strepitu pauescere.

Ex eodem, Pauesco illa re.

Militiae peritus.

Ex eodem, Peritus huius.

Prudens omnium, quae senatus censuerat.

Ex eodem, Prudens rerum.

Quietam a bellis ciuitatem.

Ex eodem, Quietus ob illis.

Relegat in paludes.

Ex eodem, Relegata in illum locum.

At discordia, & anaritia, atque ambitio, & cetera

secundis rebus oriri sueta mala, post Carthaginis excidium maxime aucta sunt. nam iniuriae ualidiorum,

diorum, & ob eas discessio plebis a patribus, aliaeque dissensiones domi fuere, iam inde a principio, neque amplius, quam regibus exactis, dum metus a Tarquinio, & bellum graue cum Etruria positum est, aequo & modesto iure agitatum.

Ex D. Augustino lib. xi. de Ciuitate Dei; & eodem Frontone.

EX LIB. II.

Sed ipsi ferunt taurum ex grege, quem prope litora regebat nomine Corsa Ligus mulier.

Ex

Ruina, quae pars magna suis met, aut proximorum telis, ceteri uice pecorum obtruncabantur.

Ex Nonio, de numeris, & casibus.

Iter uertit ad Corycum, urbem inclytam, pastusque nemo, in quo crocum gignitur.

Ex

Ad haec rumoribus aduersa in prauitatem, secunda in casum, fortunam, in temeritatem declinando corrumpabant.

Ex Nonio, Rumor.

Inter lacuam moenium, & dextrum flumen Turiam, quod Valentiam paruo interuallo praeterfluit.

Ex Prisciano lib. v. & vi. Fortasse Durium, pro, Turiam; ex epistola Cn. Pompeij apud eundem Salustium, Ciceronis oratione pro Balbo, & historia.

Et dextrum flumen Thuria.

Ex Probi Catholicis bis.

Vt alij tradiderunt, Tartessum, Hispaniae ciuitatem,

tem, quam nunc Tyrij mutato nomine Gaddir habet.

Ex Prisciano lib. v. & vi.

Eam deditio nem senatus, per nuncios Orestis cognitam, approbat.

Ex eodem lib. vi.

Quia corpore, & lingua percitum, & inquietem nomine bistrionis uix sani Barbuleum appellabant.

Ex Prisciano lib. vi.

Sardinia in Africo mari, facie ueftigij humani, in Orientem, quam in Occidentem, latior prominet.

Ex Nonio, Facies; & Isidoro lib. xiv. cap. vii.

Ibi Fimbriana seditione, qui regi per obsequillam orationis, & maxime odium Sullae, graues, cariq. erant.

Ex eodem, Obsequilla.

Ita fiducia, quam argumentis, purgatores dimittunt.

Ex eodem, Fiducia.

In saltibus occupatis tum externorum agros inuasere, frumentiq. ex inopia grani satias fabta.

Ex eodem, Satias.

Eodem anno in Macedonia C. Curio, principio ueris cum exercitu profectus in Dardaniam, quibus potuit pecunias dictas coegit.

Ex eodem, Dicere.

At Metellus in ulteriorem Hispaniam post annum regressus, magna gloria, concurrentibus undique uirili, & muliebri sexu, per uias, & tecta omnium uisebatur. cum quaeftor C. Vrbinus, aliisque, cognita uoluntate, eum ad cenam inuitauerant, ultra Romanorum, ac mortalium etiam morem, curabant,

bant, exornatis aedibus per aulaea, & insignia,
scenisq. ad ostentationem histriorum fabricatis, si
mulcroco sparsa humus, & alia in modum templi
celeberrimi. Praeterea, cum sedenti in transenna
demissum Victoriae simulacrum cum machinato
strepitu tonitruum, coronam ei imponebat: tum ue-
nienti, ture, quasi deo, supplicabatur. Toga pi-
eta plerumque amiculo erat ei accumbenti. Epu-
lae quae stitissimae, neque per omnem modo prouinciam,
sed trans maria ex Mauritania uolucrum,
& ferarum incognita antea plura genera. Quibus
rebus aliquam tam partem gloriae dempserat: ma-
xime apud ueteres, & sanctos uiros, superba illa,
grauia, indigna Romano imperio existimantes.
Ex Macrobi lib. IIII. cap. XIV.

At Metellus in ulteriorem Hispaniam post annum re-
gressus, magna gloria concurrentibus undique ui-
rili, & muliebri sexu, per vias, & tecta omnium
uisebatur (sic enim legendum, non, ut antea, con-
currentium; Virile & muliebre sexus; &, Vi-
sebantur.)

Ex Nonio, Sexus.

Transenna demissum Victoriale simulacrum cum ma-
chinato strepitu coronam capiti imponebat.
Ex eodem, Transenna.

Cum machinis strepitu dimissum Victoriae simula-
crum coronam capiti imponebat.

Ex eodem, Dimitto.

Transenna dimissum Victoriae simulacrum.
Ex Seruio in Virgilii lib. v. interpretatione.

Virile,

Virile, ac muliebre secus.

Ex Probi Cathol.

Virile secus.

Hoc est, virilis sexus; quod per omnes casus integra
forma declinatur. Ex Carisio, lib. I.

Nocti dinq. Stationes, & uigilias tentare.

Ex eodem, lib. II.

Obuiam fuere.

Vbi Asper ait, ueruste, Obuiam fuere, aduerbio ma-
luit uti, quam nomine. Ex eodem lib. II.

Nam procul, & diuersi ex regionibus.

Ex eodem, lib. II.

Vespera.

Ex eodem, lib. II.

Quem ex Mauritania Rex Leptasta proditionis insi-
mulatum cum custodibus miserat.

Ex Prisciano lib. V.

Nisi quia flumen Lurda, TAURO monte defluens.

Ex eodem lib. VI.

Ipse animi atrox.

Ex Frontone, Atrox huius rei.

Circumuenti dextra, unde ferrum erat, saxa, aut
quid tale capiti affligebant.

Ex eodem, Afflictus illam rem.

Ut actione desisteret.

Ex eodem, Desiste hac re.

Orbe, patriaq. extores.

Ex eodem, Extorris his.

Copis integræ.

Ex eodem, Integer illa re.

Ante quin regressus Sertorius, instrueret pugnae
suis.

Ex eodem, Instruitur huic rei.

Omnia sacrata corpora in ratem imposuisse.

Ex eodem, Imposuit in illam.

Vir grauis, & nulla arte cuiquam inferior.

Ex eodem, Inferior tibi.

Frugum, pabuliq. laetus ager.

Ex eodem, Lactus huius rei; & Seruji in Virg. Aen. lib. i. interpr.

Post, ubi fiducia nimius.

Ex eodem, Nimius hac re.

Omnes, qui circum sunt, praeminent altitudine milium passuum duorum.

Ex eodem, Praeminet.

Neque uirgines nuptum a parentibus mittebantur; sed ipsae bellipromptissimos deligebant.

Ex eodem, Promptus illius.

Genus militum, suetum a pueritia latrocinijs.

Ex eodem, Suetus his.

Suos equites hortatus, uado transmittit.

Ex eodem, Transmitto illa re.

Moenibus deturbat.

Ex Nonio, Deturbo.

E muris canes sportis dimittebant.

Ex eodem, Sportae.

Et continetur grauis.

Ex eodem, Grauis.

Auidisq. ita, promptisq. ducibus, ut Metellus itū tragulae sauciaretur.

Ex eodem, Sauciari. In commentariolo autem de genere armorum idem fragmentum recitat, quibusdam dissidentibus: hoc modo: Auidissimis, atque promptis ducibus, ut Metellus itū tragulae sauciaretur.

Multiq.

8: C. Mamilius Limitanus] alij, Limetanus. quod mendosum est. Sincerum autem, Limitanus, aut, Limetanus: cum i, & e uicissim ueteres usurpauerint. Est autem hic C. Mamilius is, qui legem Mamiliam celebrem tulit de limitibus, cuius mentione est in libro de limitibus agrorum, & apud Ciceronem de legibus, & in Bruto. Nummum praeterea argenteum ipsi uidimus apud clarissimum uirum Andream Lauretanum, patricium Venetum, in quo est, C. MAMIL. LIMETAN.

49: ALIA omnia sibi cum collega communia ratus] Communia, Fuluij liber non habet.

50: Certior Romae factus] Roma, legitur in Nonio, hunc locum recitante in, Innocentia.

51: Obuiam procedebant] Fuluij liber, Obuij proc.

51: Item funditorum, & etc.] Debinc, pro, item, est apud Nonium haec recitantem in comment. de gen. arm.

51: Et militiae inerat] Erat, Fuluij liber.

52: Bello melioribus] Belli, Fuluij liber.

52: Humi arido, atque arenoso] sic legit Priscianus lib. XVIII. nec omnino discrepant ueteres libri. quem locum ab alijs quoque iam animaduersum, ac notatum video.

59: Domi modicus] respuo, quod a quibusdam legitur, Domi pudicus. nam & sententia recipit, Modicus, & uero ita recitat Nonius in uerbo, Modicus.

59. Arpini alitus] sic legit Diomedes lib. I. & Priscianus . nec est , quod quisquam de mutatione amplius dubitet.
61. Interdum somno excitus , arreptis armis , tumultum facere] Apud Diomedem lib. I. ita scriptum est: Interdum experrectus somno , arreptis armis , tumultum facere .
65. Impares magnitudine , pari natura] Servius haec ita recitat in Virg. Aen. lib. I. Impares magnitudine , pares natura . utrouis modo legas , parui refert .
66. Pretium fore] sic reposui ex plerisque antiquis libris . quo modo locutus 81: Fuerit mihi pretium egisse aliquando amicitiae tuae . Fulvij tam liber , Operae pretium fore . ego dictiōnem , Operae , induxi , aliorum ueterum librorum auctoritate adductus .
67. Militiae] sic antiquus Fulvij liber . in vulgatis , Militia . Sed antiquis loquendi modis , Domi , militiaeque , adduxit me , addita praesertim ueteris libri auctoritate , ut locum mutarem .
68. Faciant idem moribus suis] non defuere , qui & sententiam , & loquendi genus ignorantes , hunc locum depravare conatis sunt , arbitrati pro , Faciant , legendum , Faciunt : quasi dixerit Sallustius , Eodem modo maiores suos despiciunt , sicuti me . quod aperte falsum est , & pulcherrima sententia deteriore commutatur . Est autem horum uerborum haec significatio : si me iure despiciunt , faciant

faciant idem , quod maiores sui fecere : idest , imitantur maiores suos in recte factis : non enim debent & me despicere , & maiores suos non imitari . Graeca loquendi ratio , parum explorata , sententiae tenebras effudit . sic locutus ante Sallustium Lucretius , post Horatius .

Lucretius lib. 2.

» - animalia cum sint ,

» Atque animalib' sint mortalib' una eademque . pro , unum , & idem , quod animalia mortalia sunt . Et lib. 3.

» Sceptra potitu' , eadem alijs sōpitū' quiete est . pro , eadem , qua alijs . Et lib. 4.

» Nempe eadem facit , & scimus facere omnia turpi . pro , eadem , quae turpis . Horatius autem in libro de Arte poetica ad Pisones : (sic enim malo appellare , quam , ut quidam , epistolam , ex Quintiliano lib. 8. c. 3. Diomede lib. 3. c. 1. Donato in Terent. Servio in Virg. & Probo , Carissimam lib. 2. aduersante :)

» Inuitum qui seruat , idem facit occidenti . pro , idem , ac si occideret .

Item Sophocles in Alace :

» ἐμέτις Σέταιόι ταῦτα τῆδεμα τάδε

» τικάτε -

Et in Tyranno .

» - ἦν γὰρ Δίφθη λέγων

» τοι ταῦτ', εγώ γ' ἀνέκπεσδοιν πάθος .

- Euripides quoque apud Gellium lib. xiii. cap. xxiv.
- » Δις ταυτὸν ἡμῖν εἶπεν δοσφὸς αἴχνης,
» Ή κω γρὴ εἰς γὺν φοῖσι, καὶ κατέρχομαι.
» Ή κω δὲ ταυτόν εἰσι τῷ κατέρχομαι.
» Νῦ τὸν διάσκεπτον εἴποι γέγονοι,
» Χρῆσον σὺ μάντραν, εἰ δὲ οὐλή, καρδοπον.
Et Xenophon in Cyri Paedia sic :
- » Τὸν αὐτὸν ὥμην πολλά δέται : Ἐτινα in eadem saepe.
Item Isocrates Απολονιάτης in oratione πρὸς Δημόνιον : Ταυτὰ πάχει τοῖς ἀρμασι.
70. A. Manlium] Manilium Plinius nominat lib. xxxiii. cap. i.
71. Neque belli patrandi cognouit] sic Priscianus legit. sic & antiquus Fulvij liber. quo modo & Liuus lib. v. & Hirtius de bello Alexandrino locuti sunt. quod ab aliis quoque est animaduersum. His uerbis haec est subiecta sententia: Ne que ad bellum patrandum pertinere cognouit.
73. More humanae cupidinis ignara uisundi] pro uisundi ea, quae ignorantur. sic Gellius lib. ix. cap. xii. & Nonius in uerbo Ignarus recitant.
- » quo modo Tacitus locutus lib. 2. Per occulta, &
» uigilibus ignara. & lib. 3. Non sibi quidem igna
» ra quae uulgabantur. & lib. xii. Nihil tam
» ignarum barbaris, quam machinamenta, & astus
» oppugnationum. & idem Sallustius 54. a. Regio
» hostibus ignara. Gnarus item, pro cognitus, apud
» eumdem Tacitum; Idque nulli magis gnarum,
quād
- quam Neroni. & : Campos madentes, & ipsi gnaros.
76. Pars equos adscendere] Fronto, Escendere, legit. in quo dubitarem mendum inesse, nisi ab eo litterarum ordinem seruatum uiderem. haec enim recitat. in uerbo, Escendo.
76. Obtruncare multos] sublato uerbo, Alios, quod in uulgatis libris erat, in quibus legebatur, Alios obtruncare, multos contra etc. mutata etiā distinctione, locum, ut opinor, illustrauit. quam correctionem eidem Fulvij libro deberi faterendum est.
76. Dein custos pleno gradu in collem subducit] Apud Nonium, Cimblos, legitur, haec recitantem in uerbo, Subduco. De pleno autem militum gradu uiderendus Vegetius lib. I. cap. ix. & epistola Trebonij 16. lib. xii.
76. Tubicines simul omnes signa canete] pro, Signa, erat in uulgatis libris, Tuba. est autem absurdum, si dicas, Tubicines tuba canere. nam, si tubicines sunt, quis dubitet, quin tuba canant. itaque reposui, quod scriptum uidi in antiquissimo Fulvij libro. Tubicines autem signa canunt, cum tubarum clangorem spiritu excitant. paullo ante dixit, Ne signa quidem canere iubet. & in Catilina, 27. b. Signa canere iubet. utroque enim modo dici potest, Signa canunt, ut Signa sit nominandi casus; & , Tubicines signa canunt, ut sit accu- sandi casus. Tubae uero signa uocantur, quia mili-

IN ORAT. MACRI.

- tibus signum dant, quid eis agendum sit. nam, si
referre, aut inferre pedem oportet, si consistere,
aut locum, ordinem ne mutare, varie signa canunt.
- 78: Iam a principio in opere] In opere, non legitur in
quibusdam antiquis libris. & sanc abesse potest in
columni sententia.
- 79: Copia facta mittendi] uerbum, Mittendi,
si: stulimus, tamquam glossema, opinionem nostram
confirmante Fuluij libro.
- 80: Ab inermis pedibus] antea, Inermibus. ego,
inermis, reposui, ex Nonio haec recitante in com
mentario de mutata declinatione.

IN ORATIONEM LEPIDI.

85. SECUNDAE res mire sunt uitiis obten
tui] Demosthenes Olym. 2. Αλλ' ομας νυν μὲν
επισκοτεῖ τούτοις τὸ καλορθῆν. αἱ γὰρ Διοργέαι δενδι
συγκρύθει, καὶ συγκέσσαι τὰ τοιῦτα δἰεῖδην. εἴδεπ
πλάσει τότε ἀκριβῶς αὐτοῦ ταῦτ' ἐξεταρθῆσεται.

IN ORAT. PHILIPPI.

88. TORPEDO animos oppressit] Priscianus,
hunc locum ex 1. hist. recitans, ita legit. Apud No
nium uero in uerbo, Torpedo, Obrepit, scriptū est.
88. Cuius in Vrbem redditu decus, atque or
dines omnes interierunt] Fuluij liber: Cuius
in Vrbem redditu decus ordinis huius interiit.

IN

- 90: L. Cincius] quidam in suo libro imprimi uolle
re, L. Concius. Pedianus 3: Sicinium nominat.
quo modo & in antiquo Fuluij libro scriptum po
stea animaduerti.
- 90: Quam uos iniuriae pertaesum est] haec
ex 3. hist. recitat Fronto in uerbo, Taeget.
- 91: Quo tribunos plebei modo patricium ma
gistratum] mendosus locus. quod si legas, Quom
tribunis plebei mandando patricium magistratum;
mendum tolletur mutatione parua, & sententia
patefiet.
- 91: Neque ego uos ultum iniurias hortor]
& haec recitat Fronto, ex eodem hist. libro, in
uerbo, Hortor: omisso uerbo, Ego.
- 91: Munia uestra pensantur etc.] totus hic lo
cus ualde perturbatus. neque tamen ex antiquo li
bro, qui ualde a uulgatis omnibus dissentit, elice
re quidquam potui, quod sententiam illustraret.
fortasse in hoc felicior erit aliorum industria. ego,
ut in antiquo libro scriptum uidi, ita testatum relin
quai. est autem in eo sic: In unia uestra pensantur:
qua tamen quinis modis libertatem omnium aesti
mamere, qui profecto non amplius possunt alimen
tis carceris. neque utilis exiguitate mors prohibe
tur. senescunt vires, sic ut neque absolui cura fami
liari tam paruares. & ignavi quisque tenuissimas
perfrustratur: quae tamen, quamvis ampla, quo
-

X 4 niam

niā seruitij pretium ostentaretur. etc.

92. Neque enim ignorantia res claudit] haec
recitat Donatus in Ter. Eun. aet. I. sc. 2.

IN EPISTOLAM POMPEI.

- 92: VTRVM censeris me uicem aerarii praefare] Diomedes lib. I. cap. I v. ex 3. hist. recitat, Vtrum uicem me praeflare creditis.

IN EPISTOLAM MITHRIDATIS.

- 94: INTER me, atque Lucullum proeliis,
inopia rursus ambos incessit] haec ex 4. hist.
Carissius lib. I. recitat, in quo, Prope, pro, Proe-
lijs, mendose legitur in uulgatis libris.

- 94: Meis militibus, procul ab domo, paruo la-
bore, per nostra corpora bellum confidere]
Carissius sic lib. 2. Meis militibus, belli prudenti-
bus, procul ab domo, per nostra corpora bellum
confidere.

IN PORCII DECLAMATIONEM.

113. Qvi coitiones ullas clamdestinas] sic e-
mendau: cum antea in peruvlgatis libris, Con-
ciones, legerentur.

I N D E X R E R V M, E T
VERBORVM MEMORABILIVM.

A B O R I G I N E S	cum Troianis Romam condide-	
re. 3. a.	genus hominum agreste, sine legibus, si-	
ne imperio, liberum atque solutum.	ibidem.	
Adherbal, Micipiae filius. 31. b. 34. b.	proelio uincitur a Iugurtha. 33. b. 34. a.	uictus Romam con-
	eius verba in senatu. 34. b.	tendit. 34. a.
	ubiuis	tutor, quid in suo regno. 35. b.
	tutor, quid in suo regno. 35. b.	a Iugurtha uincit-
		ur, 39. a.
		eius ad Iugurtham legati, de iniurijs
		querentes. ibidem Cirtham profugit. 39. b.
		Copias aduersus Iugurtham parat. 40. a.
		eius litterae in senatu recitatae. 40. b.
		deditio. 41. b.
		interritus.
		ibidem.
Adolefcentium	animi molles, & aetate fluxi.	6. a
Adrumetum,	a Phoenicibus conditum.	38. b
Adueriae	res etiam bonos detrectant.	54. b
Aedes Concordiae.		17. b
Aemilius Scaurus	a Iugurthae largitione se conti-	
	net. 37. a.	eius mores. 37. a. 42. a.
	a Iugurthae le-	gatis corruptitur.
		42. b
Aeneas.		3. 2
Aes alienum,	pro argento, aere solutum.	13. a
Aes grande	conflare.	5. b. 10. a
Aethiopes.		38. b
Africæ situs,	& descriptio. 37. b.	eam qui primo in-
	coluerint.	coluerint. ibidem. a Getulis & Libybus posseffa.
		38. a.
		eius pars prouincia P. R. 38. b. 40. b. 41. a
		eius pars inferior a Numidis posseffa.
Albinus	Consul ad bellum proficisciatur.	42. b
	castra a Iugurtha circumuentia. 47. b.	eius exerci-
		tus qualis.
Alcibiades	reuocatur.	50. b
Aliena largiri,	liberalitas.	114. 3
Allobro-		23. 2

I N D E X

- Allobroges ad coniurandum ab Vmbreno solicita-
ti. 15. b. a coniuratis iusfirandum postulant. 17. a
ijsdem, ob coniurationem detectam, praemia de-
cernuntur. 19. b
Ambitio uitium uirtuti propius, quam auaritia. 4. b
corrumpt animos, ibidem. bonorum famam lae-
dit. 75. b
Amici officio fideq. parantur. 32. b
Amicitia firma idem uelle, idem nolle. 8. a. non idē,
quod factio. 44. a. in diuersis mentibus esse non
potest. 45. a
Animus diuinus. 1. a. eius atque corporis dotes, & mu-
nera. ibidem. infolens malarum artium. 2. a. in
consulendo liber, neque delicto, neque libidini ob-
noxius. 23. b. uitiae mortalium dux, atque impe-
rator. 29. a. cupidine caecus ad inceptum scelus
rapitur. 41. a. ignavia, atque sordida corruptus.
43. b. cupienti nihil sati festinatur. 60. a. ferox,
praua uia ingressus, ubi consueta non suppétunt,
quae efficiat. 97. b. in aduersis rebus, quam in se-
cundis, maior. 99. b
Annius Caius, Leptitanorum praefectus. 65. a
Annius Lucius, & Lucilius Tribuni pl. magistratum
continuare nituntur. 47. a
Annius Quintus coniuratus. 7. a
Antiochus decem millibus talentorum a Philippo spo-
liatus. 93. b
Antonius consul. 10. a. b. Catilinam cum exercitu
persequatur. 14. a. orator excellens. 106. a
Appij dictum, Fortunae suae quisque faber. 95. b
App. Claudius interrex. 88. a
Aquila, Catilinae vexillum. 28. b
Archelaus Mithridatis incopta impediuuit. 94. a
Ariftonicus, Antiochi filius, triumpho ductus. 94. a
Armeniorum origo. 38. a
Asia, 1.

I N D E X

- Asia, a Romanis obsessa. 94. a
Aspar Numida. 81. a
Athenae suam celebritatem scriptoribus debent. 4. a
urbs doctissima atque eruditissima. 114. a
Atheniensium triginta tyranni. 21. b
Auaritia pecuniae studium habet. 4. b. corpus ani-
mumq. uirilem effeminate. ibidem. bellua fera, im-
manis, intolleranda. 103. a
Auentinus mons, bis a plebe occupatus in secessione.
44. a. & in fragmentis lib. 1. 14. a
Aucto, pro ualeto. 6. a
Aurelia Orestilla, Catilinae coniux. 6. a
Autronius Publius coniuratus. 7. a. consul designa-
tus. ibidem. ambitus condemnatus. ibidem.

B

B A E B I V S Caius a Iugurtha corrumpitur. 46. a
Bellienus Lucius praetor. 79. b
Belli dolus. 1. b. fauitia. 20. b
Bellorum causa dominandi libido. ibidem.
Bellum pace mutare, uictoris in manu est. 27. a. ex
arbitrio sumitur, at non ponitur. 67. a. aliorum
pace mollius. 95. b
Bellum Cimbricum. 27. b. ciuile. 30. b. Gallicum.
83. a. Macedonicum, & Punicum. 93. b. mariti-
num, atque Mithridaticum. 15. a. Mithridati-
cum periculofissimum. 108. a. Punicum. 93. b
Romanos in officio retinuit. 49. b. seruile Capuae,
& in Apulia. 11. b
Beneficij, quam maleficij immemorem esse multo
praefut. 45. a
Bertia Lucius coniuratus. 7. a
Bertia Lucius Numidianam prouinciam consul fortitur.
42. a. auaritia corrumpitur. 42. b. eius de deditio-
ne confi-

I N D E X

- ne consilium cum Iugurtha . ibidem. exercitum in Africam parat. 43. a
 Bithynia direpta. 94. a
 Bocchus Maurorum rex. 38. b. eius uxor, Iugurthae filia. 65. b. eius cum Iugurtha necessitudo. 66. a. eum Iugurtha aduersus Romanos incitat. 66. a. b. cum Iugurtha coniungit exercitum. 75. b. eum a bello defisteret legati Marij hortantur. 67. a. apud Numantiam latinā linguam didicit. 77. b. Syllae respondet. 78. b. eius purgatio ad Romanorum expostulationem. ibidem. eius legati a Iugurtha corruptuntur. 79. a. Getulis spoliati, pauidi, sine decore ad Sullam profugiunt. ibidem. saepe a Mario Romanorum amicitiam petiit. 80. a. ei Romanorum amicitia datur. ibidem. eius Punica fides. 81. b. cum Sylla per interpretem agit. ibidem. Iugurthae infidias tendit. 83. a. Romanis Iugurtham tradit. ibidem.
 Bonilcar Massiuae infidias tendit, eumq. obtruncandum curat. 46. b. reus ex aequo, & bono. ibidem. reum Iugurtha in Numidiam initit. ibidem. uadibus datis, iudicium fugit. 58. a. ei Metellus persuadet, ut sibi Iugurtham tradat. 58. b. a Metello corruptitur. ibidem. eius epifola ad Nabdalsam. 62. b. eius in Iugurtham infidiae detectae. ibidem. a Iugurtha necatur. ibidem.
 Bona aliena largiri, liberalitas. 23. a
 Brutus, D. Semproniae maritus. 16. a. eius domus coniurationis haud inficia. ibidem.

C

CABIR A.

- Caesare Statilius custodit. 18. a. Pontifex max. creatus Catulo delecto. 19. a. ei Catulus, & Piso infensus. ibi-

I N D E X

- fi. ibidem. eum Cicero inter coniuratos nominare noluit. ibidem. eius sententia de coniuratis. 20. a
 22. a. eius natura, & mores. 25. a. eius, & Cato-nis comparatio. ibidem. eius bellum aliorum pace mollius. 95. b. eius uictoria ciuilis. 96. b. eius laus. 99. b
 C. Annius, Leptitanorum praefectus. 65. a
 C. Faebius a Iugurtha corruptitur. 46. a
 C. Cornelius coniuratus. 7. a. pollicetur, se Cicero nem confondere. 11. a
 C. Cotta uouit se patriae. 89. a. eius consulatus. ibidem,
 C. Grachi caedes. 43. b. 111. a
 C. Julius in Apuliam a Catilina mittitur. 11. a
 C. Marius Aquilam bello Cimbrico habuit. 27. b
 C. Memmius tribunus pl. designatur. 42. a. eius fa-cundia. 43. a. oratio ad populum. ibidem. rogatio. 45. b. Iugurtham praesentem ad populum accusat. 46. a
 C. Murena in citeriore Gallia plures coniuratos in uincula coniecit. 16. b
 Callicratides classem amisit. 110. b
 Calpurnius consul acriter Numidiam inuadit. 42. b. a Iugurtha corruptitur. ibidem.
 Capitolium incensum uiginti annis ante coniuratio-nem Catilinae. 18. a
 Capfa, ab Hercule condita. 71. b. oppidum Numi-diae magnum, & ualidum. ibidem. eius, & Tha-le stius, & collatio. 72. a. capitul a Mario. 73. a. ab eodem expugnatur, atque incenditur. ibidem.
 Capua municipium. 11. b
 Carthago aenula imperij Romani a stirpe interiit. 4. b. eius laus. 38. b. deleta discordiam Romae peperit. 49. a. pleraque Africæ imperitabat. 65. b
 Cassius Longinus coniuratus. 7. a. 17. a
 Cassius

I N D E X

- Cassius Lucius praetor ad Iugurthā mittitur. 45. a.b
Catabathmos. 37. b. 38. b
Catilina Reip. infidiatur. 2. b. eius mores, & ingenium. ibidem, & 108. b. 119. a. eius socij. 5. b. 6. a
Nobilem uirginem, Vestae sacerdotem stupravit. 6. a. eius uxor Aurelia Orestilla. ibidem. filium ne cauit. ibidem. eius conscientiam uitulus arguit. 6. b
repetundarum reus prohibitus petere consulatum. 7. a. eius oratio ad conscos coniuracionis. 8. a.
